

& g.litteræ quandã cognatione habent:nam cũ dicamus centũ & trecentos postea dicimus quadringẽtos g.pro.c.ponentes. Itẽ iter c cũ aspiratione &.c.sine aspiratione est g.Ná in c leuiori exterior fit pulsus ĩ ch asperiori interior.In media g.inter utrunq; supradictorum locoꝝ:unde inuicẽ ꝓ se positæ in qbusdã dictionibus inueniunt Gubernator ꝓ κυβερνητησ gobio ꝓ gobio cere απο του χαιρε in.Cum q. quoq; eandem uim habere c ostendunt obliqui casus in quibus q in c.transit: ut quis cuius & in uerbis quibusdam & eorundem participiis ut loquor locutus sequor secutus.

C pro centum in numeri copulatione ponitur.

Caballus dictus.quod ungula terram cauat & sic & sonipes:uel a cauis pedibus dicitur.

Caballi aues nocturnæ:hæ ululæ dicuntur.

Cabiedes:nudi.

Cabilla cabillatio.

Cabistercus:uacuum & inane:& illud intestinum quod stercus capit.

Cabo equus castratus.

Cabro quasi uespa longa est.

Cabro uermis dictus a cabone: ideſt equo ꝓ ex equo creentur.

Cacabus & cucuma a sono feruoris dicuntur in græcis & latinis habentur.incertum est a quibus sit mutata.

Cacabus uas de testa:ẽt de æramento sicut olla.

Cacephatõ dictio obscæna uel incõposite sonans ut iuuat ire & dorica castra tenere:mala.n.fuit cõpositio ab ea syllaba ĩcipere:quã supior fuerit.

Cacephatõn obscæna enũciatio uel incomposita dictio in malã significationẽ.ut arrige aures turpis est enunciatio:quia pertinet arrigere ad genitalia fit autem sensu & littera.

Cachuchia κακουχια nomen sumpsit a corporis passione:nã græce malum uel uexatio dicitur: fit enim intemperantia ægrotantis uel medicamẽti:dicitur & κακωσισ hoc est afflictio.

Caceuti:graciles:rabidi.

Caciemi:discipuli cacii fuerunt pro similibus ponitur:cantores significat.

Cachinare:ridere:nam chachinus est tacitus solutusq; risus.

Cachinno:nis.ipse derisor.

Caco κακοσ græce malus.

Cacosyntheton κακοσ υνθετον uitiosa compositio dictionum ut uersaq; iuuencum terga fatigamus & asta pro asta uersa.

Cacosynthetõ græce mala cõpositio dr:qñ primæ syllabæ finis ẽ in alterius pricipio:ut mater terra.

Cacus quidam ferus fur latẽs in auentini montis spelunca ignes emittens:homines perdens quẽ alcides interfecit.

Cacumen:summitas:quasi capitis acumen.

Cadauer a cadendo morte dictum: uel caro data uermibus.

Cades ubi fons iudicii est.

Caderfida.i.uersus.

Cade iterꝑtat sanctũ uel sanctificãs uel sactificatio.

Cadere ruere:inde casus casualis liter cadus caducus:componitur accido.incido:occido.excido.ꝓcido.succido.concido.recido:& quæ ab istis fiunt & stilicidium atq; mica.

Cadus uas uinarium:situla lignea.

Cadus græce amphora:tres urnas capit.

Caduca hæreditas ide dr:qa hæredes eius cecidere runt:inde dicitur caducarius:qui eam accipit.

Caducũ dr qđ ab uno cadit ĩ alteꝝ ꝓ hæreditatẽ.

Caducum flos malorum.

Caduceum dictum ꝙ cadere faciat lites uirga uolatilis uel uirga mercurii:quod est uulnus.

Caduceator.qui lites pacificat.

Caduceatus:legatus pacis causa missus.

Caducus:lunaticus a cadendo dictus morbus.

Caduca frustra ex adipe.cada.n.græce aruĩa dicit.

Cadurtum dr tentoriũ quo merces proteguntur.

Cælum dicitur a cellando quod celat secreta: uel quia cælatum sit signis:ideſt stellis.unde cælitus aduerbium.Cælum per æ scribitur.

Cæsaries capilli a cædẽdo cæpes cæsaries.

Cæsar a cæsarie capitis cum qua natus est:ut quia cæso utero matris natus est.

Cœtus:multitudo per œ scribitur.

Capharnum interpretatur ager cõsolationis uel uilla pinguedinis.

Caicus:fluuius græciæ.

Cayetæ portus promõtorium italiæ forte a cayeta nutrice æneæ ibi sepulta dictum.

Calphas interpretatur inuestigator uomens ore seu sagax.

Cain interpretatur iniquitas odora.

Cain interpretatur possessio uel augumentatio: seu lamentatio.

Cainani heretici:qui cain adorant.

Caister fluuius indiæ.

Caistri:genus auium.

Cala græce latine lignum.

Calabria prouincia iuxta apuliam

Calabri:uersus obscœni.

Calacte oppidum uel genus uasis: ide calactinus

Calagariis:ciuitas hispaniæ.

Calamula canna:de qua cantatur.

Calameus ianuarius mensis.

Calamus cana a canendo dictus.hebræum est.

Calami haste cãdelabroꝝ in modũ calamoꝝ facti.

Calamus & penna instrumenta scribæ ꝙ liquore ponat:unde naute clare proponere dicunt.

Calamus ĩ ezechiele mẽsura & cubitoꝝ & palmi.

Calamus aromaticus ad similitudinem calami.

Calamitas a calmo:qui intus uacuus exterius nitidus eẽ dicit:ita calamitas inanes & uacuos reddit homines:uel quasi cadamitas a cadendo.

Calamitas:miseria erũna.aduersus casus.

Calamizare non lecta cantare.

Calamiſtrum acus ferrea:quæ calefacta contorq̃t capillos:unde & calamiſtrati dicuntur qui crineſ calamiſtro contorquent ut criſpi ſint.
Calamitoſus:exitialis flebilis. improbus periculoſus.
Calamites herba nepta calidiſſimæ uirtutis.unde ex ea fit antidotum:quod diacalamites uocatur: nam & menſtrum mouet.
Calamitæ genus ranarum.
Calamiſtroicos uel caniſcos in modum nucis deformatos.
Calãdrius auis tota alba:cuius interiora oculorũ curãt,caliginẽ:in infirmũ aſpicit ſi uiuere debet.
Calaman nomen loci uel ciuitatis.
Calare:ponere uocare.
Calaſtica græce purgatoria:
Callas:fabrorum foramina.
Calati:ciati.caniſtri de uirgis:anguſti in fundo lati in ore.
Calaticum ordei genus.i.diſtichum quia duos ordines habet.
Calazia gẽma grandis ĩ igne poſita frigus ſeruat.
Calathus:caniſter:uel cartallus.
Cala græce lignum:unde deriuatur calatus pocula genus.
Clator:miniſter ſacrorum.
Calbæ:armillæ quæ militibus ob uirtutem dant
Calbino:memor.
Calcaneus eſt ſub talo dictus a calco:q̃ terram calcat:uel a calce.i.una parte.
Calcantum gemma dicta q̃ calcis eſt thymum.i. flos nunc uero fit multis modis.
Calcariæ.i.calcinariæ a calce uiua dictæ.
Calcaria ſtimuli aĩalium dicta:q̃ in calce ligantur hoc calcar huius calcaris facit.
Calcar uinum:quod prius e duobus libatur.
Calchas diuini peritus.Priſc.hic calchas calchantos græce:latine chalchantis.
Calce proprium eſt.
Calcis calcidos ciuitas in euboea prouincia.
Calcis prima ps plãte a callo dicit̃:ide deriuat̃ calciare. inde ẽt calceus.i. calciamentũ inde calcare cõponitur & calcitrare quaſi calce retro ferire.
Calx uiua dicta:q̃ intus ignem habeat.
Calcitis gemma aerii coloris.
Calciamẽta dicta:q̃ ĩ calo.i.in ligno fiẽt uel a calce
Calciamenta fiunt ex pellibus mortuorum aĩaliũ & mununt pedes:ſignificãt ſanctorum patrum nobis data exempla.
Calcedonius pallidã ignis habet effigiem: ſubrutilat in publico.fulgorem dat ĩ nubilo uirtutem fert fidelium occulte famulantium:gemma eſt.
Calcus ſmaragdus:gemma lapis.
Calculus lapillus terre admixt̃ dictus:q̃ ſine moleſtia ſui breuitate calceatur:unde calcus minima pars ponderis:dicitur & ſic ſcribitur.
Calculi in luſu tabulæ dicti:q̃ per uias ordinales eant quaſi per calles uel quod leues ſint.
Calculus minima pars ponderis geminis granis lentis appenditur.
Calculus numerus ratio ſententia uel carbo uel lapideus gladius.
Calculator numerator:cõputator a calculis.i.lapillis:quos antiq tenẽtes ĩ manibus nũeros cõponebãt:inde calculatorius liber de numero tractans
Calculũ:ubi mortuum ferunt.
Chalcos æs bene ergo aurichalcũ aureum æs.
Chalcidicũ metr̃ dr̃ a chalcidos ciuitate græciæ.
Calcophomos lapis:qui pulſatus ut æs ſonat.
Chaldæi ab arfaxat orti ſunt qui antea caldæi a caſeth filio nachor fratris abrahæ dicti ſũt:ide chaldæa & chaldaicus.
Chaldæi interpretãt̃ captiuantes uel q̃ſi demões
Chaldæi interpretantur feroces.
Calcos oppidum brytanniæ.
Caldicum:fori deambulatorium.
Calles iter pecorum ſemitæ in ſyluis uiæ tritæ pecorum ueſtigiis:unde a callo pedum uel a calcando dicuntur.
Cales oppidum in campo ſidicino ubi uinũ abundat:inde calenum dr̃ bonum uinum uel uas.
Calleo.es.lui.intelligo callide.ingenioſe noſco.
Callidus:ingenioſus inde calliditas.
Caleo.es.lui.per unum l calorem patior:inde calidus & caleſco & calor deriuatur.
Caleon:quaſi humilis leo.uel quaſi callidus ingenioſus & fortis.
Caletra ubi ueſpæ naſcuntur.
Caleph interpretatur quaſi cor.
Caligo umbra nebula de ſpiſſitudine aeris facta dicta q̃ maxime aeris calore gignatur:unde caligare obſcurare & caliginoſus.
Caligæ uel caligulæ.i.ſandalia a callo pedum uel quaſi a calligando:quia ligantur dictæ.
Caligadamana promontorium.
Caligarius:artifex.
Caligaris uero clauus ſine his calciamenta conſui non poſſunt.
Caligurios a calo.i.ligno uocant:unde fiunt.
Chalybs ferrum uel fornax uel gens:a qua ferrũ ducitur uel furca ferrea.
Calybs populi gens põtica:apud quos iueniẽt ferrũ & ſunt multa metalla.priſc.hic calybs bis.
Calices poculorum genus ex ligno ãte factũ priſ. hic calix cis.unde fit diminutiuum caliculus electiora pocula.
Caliendrum:capillatura:ſuppoſitus crinis pro naturali ornatu capitis uel quo ad ornandos crineſ capitis utuntur.
Calicularius herba:hæc inſana dicitur a græcis ioſchiamus uulgo milimindrum.
Callidus uerſutus in diſputando ingenioſus ſubdolus:inde calliditas.calidus uero affectus calore feruidus.
Caliroe locus ultra iordanẽ:ubi ſunt aquæ calidæ potantibus cõmodæ fons ꝓximus hieroſolymiſ
Calliope nomen muſæ:optima uox interpretãt̃ uel ſonoritas.i.mercurius.
Calliope interpretatur pulchra facies uel pulchra uox callion καλλίον pulchrior ψοφοσ uox.

Calliroe meretrix quædam.
Calisto elice ursa mater Archadis.
Calypso insula contra troglodıtas sita.
Callitrices:genus simiarum.
Calit usitatur.
Calix uas a calida potione dictus significat potionem uel passionem.
Calix significat:qd preter modū & mensurā nihil fiat:uel in peccatoribus nisi p dei prouidentiam.
Calydon:ciuitas in græcia.
Calmum clarissimum.
Calones negociatores nauiculæ uel cellæ militū uel homines qui ligna militibus portant nā græci lignum cala dicunt.
Calon oppidum ethruriæ.
Calones etiam dicūtur cothurni genus calciamēntorum.hic calo.
Calopodie forme sutorū dictæ a calo : ideſt ligno & pede.
Calpe in ultimis finibus oceani mōs:qui dirimit europam ab affrica.hispaniæ promontoriū pars europe.
Calta genus floris uel herbæ uiola.
Caltudia dies festus.
Caltulum uinculi genus:uel ubi mortui ferūtur a coacto loro dictum.
Caluaria:ab ossibus caluis dicta per defectionem & neutraliter pronunciatur
Caluariæ locus dictus:ꝙ in eo damnati capite trū cabantur.
Calumniari:causari:præpedire.accusare falso a calumendo.i.decipiendo dictū cōe antiquitus.
Calumnior tibi & te inuenitur.
Calumnia accusatio falsa:crimen falso obiectum.
Caluere.amare concremare:frustra decipere.
Caluitur:frustratur.moratur.decipitur.
Caluo uis inde cauillo pro caluillo.
Caluus capillis leuiatus & rasus:inde caluicium : ideſt dissipatio.
Callica:gemma uiridis coloris.
Callus:densa cutis.
Calx cis.inde calcar.
Calx calcina lapis est inde calculus diminutiue dī
Calx cis lapis coctus:aqua accenditʼ oleo extiguitʼ
Cam interpretatur callidus filius Noe fuit.
Cama lectus breuis.
Camasus amphibalus.
Cābio bis campsi ponit carisius:& a græco esse uidetur κάμπτω:unde & cāpso as solebāt antiqui dicere certo pugno:iter inchoo:uel flecto latenter aufero:mō uero cābire ꝙ commutare dicimus.
Camba:inflexa:tortuosa.
Cambuta: sustentamen uel baculus flexus pedū uel crocia.
Cambre:nomen fabulæ.
Camera a curuitate dicta:est enim uolumen itorsum respiciens camus enim græce curuus dicitʼ.
Camera q̄si camura.i.curua dicitʼ lapidea domus.
Camedracontes genera serpentium.
Came laucus:uestimentum papæ.
Camella:herba quedam.
Camælon quasi lacerta est quadrupes in ignē missa non ardet sub aspectu mutat colorem.
Camellus οκαμηλοσ dictus ꝙ qñ oneratur : ut humilis fiat:acubat:qa græci chameχαμαι depsse humi humile dicunt:siue quia cauus est dorso
Camellus funis nauticus.
Camellus significat diuitem sæculi onustum uel distortum.
Camelopardus dictus quia camello : & pardo similis sit.
Carmelon:cardus syluaticus.
Camera ciuitas siciliæ:inde camerinus.Vergili.
Camerini dicunt a qbusdā qdā habitatores eden .i.paradisi sanctissimi hoies uiuunt annos.cxx.
Camœne musæ a canendo dicte quasi canentes a mœnæ:uel amœnum canens melos.
Cameuniæ:stonæ lecti.
Cameuniæ:uigiliæ:in hyeme.
Camedrios:herba breuis.
Camilla:sacerdos fuit.
Camillus:minister sacrorum.
Camœmelos:herba.
Caminus græce fornax a caumate dicitur.
Camipetos:herba hanc latini cucurbitatē uocant ꝙ ex parte odorem cucurbitæ ferat.
Chamis lignum sine ferro:quæ cantum dicitur.
Camisia dicitur ꝙ in his dñs in chamis.i.lectis|nostris siue ꝙ prius fiebant a canabis.
Camisium uestis sacerdotalis usq; ad talos . unde & talaris dicitur:dicitur uero a similitudie camisiæ quotidianæ:quia de lino sit stringēs superiora & iferiora:& significat munitionem cogitationum & operum.
Chamos græce curuum.
Chamos idolum moabitarum.
Campania:prouincia italiæ:habet terras toto anno uernantes.
Campanum:genus æris a campania.
Campage:calciamenti genus:quo utebantur diaconi romani:uel quibus a pontifice licentia daretur:cæteris uero non.
Campanus morbus similis lepræ:qui i campania nascitur.Campanus a campania sicut hispanus ab hispania.
Campana pōderatio.hæc tñ duas lāces nō habet sed est nigra signata libris & unciis unicuiq; aūt ponderi certus est modus ꝓpriis nominibus designatus dicta quia prius in cāpania reperta est.
Campester in campo se habēs.Priscia.hic campester uel hic & hæc campestris & hoc campestre.
Campestria succinctoria dicta:ꝙ hi qui in campo contendunt:his genitalia tantum operiūt : hæc & perizomata dicuntur.
Campitum:fundus qui in campo est.
Campus loci spatium & planicies.dictus græce ꝙ breuis sit pedibus.i.humilis non montuosus.
Campi significat sanctos uel diuinas scripturas : quia pastum animarum præbeant: interdum lata uiam:quæ ducit in interitum.

Campſare:iter flectere.
Camura curua:inde camera dicitur.
Caminus apud hebreos menſis quartus.
Camus genus freni dictus q̄ ſit breuis.nam chamo græce breuis.
Canaam interpretatur motus eorum ſiue zelus:a quo afri & phœnices & cananeoꝝ.x.gentes ipſe eſt filius cham.
Cana uetuſta fortis ſancta religioſa dicitur autem canus cana canum:a candido inde canicies.
Cannam ueteres dixerunt arundinē. Sciendum tñ quod de lingua hebrea nomen ſumpſit quod eſt calamus cana ſyluestris coma arūda uel ſagitta:inde cannetum.i.arundinetum.
Canabum a ſimilitudine cānæ dictum:ſiue a græco canabos:quod idem eſt.
Canalis dicta:q̄ cana ſit in modum cannæ meliuſ eſt fœminini generis:
Cana:mala.
Cananæi interpretatur uelut commotio. dicti a chanaan.
Cananæus interpretatur poſſidens ſiue poſſeſſio ita eſt dictus ſimon a uico cana:ipſe eſt zelotes.
Cana uiculus galileæ.
Canabs a ſimilitudine cannæ:hæc canabs bis genus herbæ:unde pannus efficitur uulgo.
Cancaton:canna alba.
Cancer forceps:aut ulcus ad ſimilitudinem cācri animalis:canceris debet facere.
Cancer cri maſculinum animal & hoc cancer ceris de morbo antiqui dicebant:
Canceromata:apoſtēmata:retrogradiētia ut cancer. hoc cancer ris.morbus.hic cancer cancri. aīal dictus:quia inteſtina in modū concharum habet.
Cancri uero domus cancra dicitur.
Cācer ſiqñ oſtreū diptycū ſuū ad ſolis radios aperientē inuenerit clanculum ſe immittit ut cōcluſionē impediat:& inter uiſcera depaſcit.
Cancer eſt quartū ſignum dictus qa cum ad eum ſol uenerit:retrograditur in modum cancri.
Cancrarium quaſi putreſcat:ipſum eſt cancer.
Cancellare concidere forare.
Cancelli ligna ſubtilia in tranſuerſum facta ī modum rætis:nunc uero & de lapidibus fiunt.
Cancellarius qui in cancellis primus eſt.
Cācellus cātorum excellēs locus:unde cācellarius
Cancros græce milium.
Cancri cancelli.
Candauia mons epiri.
Cādela a cādeo cādes:ſicut ſuadela a ſuadeo es.
Candelabrum a candela:quam ſuſtinet dictum.
Candeo es ui candidus ſum uel ignitus: uel ferueo neutrum.
Cādido uero cādidaui actiuū.i.cādidum facio.
Candidus quaſi candori datus ſtudio: Nā albus natura eſt.
Candidus ſine macula.albus cum pallore.
Candes uaſa fictilia.
Candius ueſtis regia.
Candetū galli appellant ſpatium centipedum.
Caneo nes canui:inde caneſco.
Canetum inter nigrum nitidumq̄ colorem.
Cannæ uicus apuliæ:in quo conſulibus paulo & uarrōe ānibal romāos uicit:& ex annulus aureis eo& q̄nq̄ modios ipleuit quoſ carthaginē miſit.
Canere dicere.carmine reſpondere modulari uel uaticinari.
Cania prouincia græciæ.
Canictæ furfures.
Canis a græco dici uideſ:apud illos enim cyō cynos ΚΥΩΝ ΚΥΝΟΣ dicīſ:licet quidam a canore latus dictum exiſtiment:hic & hæc canis cuius diminutiuum canicula facit.
Catulus autem fit a catus:quod a cane per denominationem aſſumitur.
Catellus uero a catulo.
Canis ſignificat diabolum iudæum uel gētilem: & in alia parte procuratorem eccleſiæ pro cōſuetudine latrantem.
Canis terrenū animal & marinum piſcem & cæleſte ſydus ſignificat equinoce.
Canicula uel canis nomē ſtellæ:quæ uicina tauro quæ & ſyrius dicīſ æſtiuis mēſibus medio cētro cæli ē:& dū ſol ad eā aſcēderit duplicatur calor: & diſſoluūtur corpora:unde canis dicitur corpora morbo afficiat canicula annum ſuum qui cynicus dicīſ cōplet annis.M.cccclx.& quater.ccclxy.
Caniculares dies ſunt.lxiiii.in quibus moleſtæ ſunt purgationes a tertio idus iulii uſq̄ in idus ſeptembris
Canibus nihil ſagacius.plus.n.ſenſus cæteris aīalibus.habent nāq̄ ſoli ſua nomina: recognoſcūt ſuos dominos diligunt.dominoꝝ tecta defēdūt pro dominis ſuis ſe morti obiiciunt uolūtarie cū eis ad prædā currūt dominoꝝ.corpora ē mortua non relinquunt: hoꝝ poſtremo natura eſt extra homines eſſe non poſſe.
Canes albaniæ terræ ingentes ſunt tantæq̄ feritatis:ut tauros præmant:& leones perimant.
Canini dentes ſunt qui in uigeſimo anno exiſtūt uel fortes inter præciſores & molares.
Canier leo.
Caniſater iuſtum.
Caniſtrū fixis cānis cōtexīt.unde &' dicitur.
Canicies ſenectus:q̄ſi cādicines a candore dicta.
Cano menſis ianuarius hebraice.
Cano nis.cecini cōponīt.inde ſuccino. occino:cōcino:quæ tamē in ui faciūt ꝑteritū.ſecundū uero quoſdā in ni inde canēs cātus:cāturus canendus cātor cantrix.cantio.cātilena frequētatiua canto & cantito.concinnus quoq̄ inde componitur.
Canō græce regula.cōſuetudo cōprobata ſiue inſtitutio:inde canonicus:ideſt regularis:
Canopus oppidum ægypti a canapo gubernatore menelai dictus.inde canopeia ægiptus dicīſ:
Canopos ſydus clarum inde lucet.
Canorus ra.rū.ſuauis.dulcis cātus gratus a cano.
Canoſia:nomen ſtellæ fulgidæ.
Canopeū rete ſubtiliſſimū.quo repelluntur culices & muſcæ circa lectulos dormientium.

Cantare eſt tñ uoce uel clamoribus inſonare. Canere aũt modulari: interdum uaticinari.
Cãtare corde. pſallere operibus domino. Augu.
Canticũ eſt uox cantãtium in lætitia laus.
Cãticum pſalmi ẽ. cum id quod organum modulatur. poſtea cantans eloquitur.
Canticum cãticorum hebraice ſyraſitu dictũ quod omnibus canticis præferatur.
Cantor dictus quod uocem modulatur in cantu.
Cãtulena cantus lenis: cantici compoſitio.
Cantarida uermis terrenus.
Cantara corbes. cuna. uel ceroſtata uaſa eccleſiaſtica.
Cantharus uas quoddam cum annis. græcũ eſt ut quidam dicunt: uulgo butribus dititur. dicitur tamen a cantando.
Cantharus uas uinarium uel animal.
Cãtarum camera domorum.
Cantarius uel cãtarinus equus caſtratus.
Cãtarinum genus ordei. i. exaticum.
Cautus ferrum circũ rotas uel ligna uulgo cauillæ ſecundæ declinationis eſt. pro canere uero quartæ.
Cantabries tenuiſſimæ aquæ.
Cãtabris ſimilis paſſio infirmitas
Cãtaber populus hiſpaniæ quidam & uaſcones cum exiguis armis: quos uicit auguſtus.
Cantabri gens hiſpaniæ a uocabulo urbis & iberi amnis: cui inſidunt appellati.
Cantes ꝓprie ſunt fiſtulæ quarũ ſonus artem muſicam edidit. deæ quoq; cantes dicuntur.
Cãtabarum far caninum: quo canes paſcũtur purgamentata tritici.
Cãnus na. num. a cãdido dictus: unde canicies caneo & caneſco.
Canus equus qui ex cãdido & nigro eſt:
Canuſium oppidum in uberrimis locis eſt: unde caulinus na. num.
Caonia regio in Epiro a Caone filio Priami dicta ſic: quem frater eius helenus inſciẽter interfecerat hanc poſtea poſſidẽs ex eius nomine uocauit hec prius moloſſia a moloſſo filio pyrrhi.
Chaos confuſio rerũ: chaos græci dicunt materiã cæli & terræ confuſam.
Cappadocia regio a ciuitate eiuſdẽ noĩs dicit. hec in capitæ ſyriæ ſita ab oriẽte armeniã tãgit: ab occaſu aſiã minorẽ. ab Aglone mare cimercium: & temyſtrios cãpos: quos habuere amazones a meridie uero taurũ montẽ: cui ſubiacet cilicia & iſauria uſq; ad cylicum ſinum: qui ſpectat contra inſulam cyprum.
Cappadoces a moſoch filio iaphet orti ſunt: unde urbs meleca dicitur apud eos.
Capa dicta ꝙ capitis eſt ornamẽtũ: uel quaſi capiat totum hoĩem: uel duos apices ut. k. habeat.
Capana a ruſticis ſic dicta ꝙ unũ tñ capiat. idem ẽ & tugurium uel domus.
Cappatis. ge. fœ. fructeti genus ſimilis lentiſco dicta quod habeat in ſummitatibus rotunda ſemi num capitula.
Cappa a græcis dicta nobis. k. littera latinis ſuperflua.
Caperare interrogare cõtrahere. inde caperatum contractum. rugoſum. rigidum. erectum.
Capareus promontorium iſulæ euboeæ: ubi græci naufragauerunt.
Capedo ſpatium ut inter parietes a capio pis. ide componitur intercapedo.
Capedo interuallum. cuta. ardor.
Capedines animalia dicta ꝙ manu capiantur.
Capedulum ueſtimentum capitis.
Capella: diminutiuũ ẽ a capra. capella uero pro eccleſia dicta quaſi capiens laus. i. populũ uel laudẽ uel quaſi capãna quia paucos capiat.
Cape accipere. actiuum eſt inde dicit captioſus capax cior ſimus. citas & capulo as inde copula. dicitur ẽt frequẽratiuũ capto as. captabilis cõponit icepto as. deriuat captus. capta ptũ. a quo captiuus. ua. uum. captiuitas. captura. capulus. caput. unde capito onis. capitãeus capitalis. capitolium. capitulum. capitellũ capitularis capuciũ cãpiſter. accumen capillus a quo capillaris. capillatura. corona na unde corono as. cõponitur biceps. triceps anceps præceps. inde præcipitiũ & præcipito as. cẽriceps. occiput ſinciput cõponit ꝓcax ꝓcacitas ꝓcus. i. inſecutor mulierũ. carcer. unde carceratus: carceratius cõponit. cathena cathella cathẽatus ta tũ. Muſcipula muriceps modicus. cap capra. capella caprarius capreus capriolus capricornus capella pro eccleſia q̃ſi capiens populum. uel laudẽ pro laude uel populo. cãpus campeſtris componitur capicola cãpigena. cãpana priceps. pricipiũ participio. participatio participator. trix. occupo. pas. municipes municipiũ. reciprocus reciproco reciprocas catus. a quo reciprocatiuũ reciprocabilis intercapedo pedita mãica princeps: unde prĩcipor ciparis. mãcipio. inde mãcipium. anticipio ãticipator ãticipatrix. Faux. inde ſuffoco. crux crucio excrucio. forceps. Cælum cælitus cæleſtis. cælicus: cõponit cælicola cælebs cælipeta excelſus ꝑcipuꝰ. principiũ: accipio. acceptio acceptor trix Similiter excipio incipio: cõcipio ꝑcipio uel præcipio recipio ĩtercipio anticipio decipio. ſuſcipio furca furcifer.
Capenas pro capenatis. huius capenatis. commune eſt & gentile.
Capera oppidũ uicinũ Romæ iuxta fõtẽ egeriæ.
Capeſſere libenter accipere. obaudire. deſideratiuum a capio.
Capeſſo is capeſſiui & capeſſi.
Capetolcos december menſis.
Caper a carpendis uirgultis.
Cap fructus manuũ uel curuati ſũt lĩa hebraica.
Capilli dicti quaſi capitis pili.
Capillus ueneris dictus ꝙ poſt allopeciã ἀλλὸ πεκι λα lapſos capillos recreet herba eſt.
Capillare concidere.
Capillamenta ſumitates arborum.
Capito nis proprium a capite deriuatur.
Capiſtrum a capite iumentorum dictum: quod

caput ſtringat.
Capis pis.fœmininum.eſt diminutiuum eius capidula genus eſt pontificalis uaſis.
Capis & canycus principes troianorum.
Capitatum quod caput habeat.
Capitas:amplitudo:a capiendo.
Capitalis aſtutus.uerſutus ſuperbus.
Capitale caput pecuniæ.
Capitis diminutio.i.prioris ſtatus pmutatio que ſunt tres maxia.media.minima. Maxia eſt · cum libertas & ciuitas amittitur:ut deportatio cū exulat.Media in qua ciuitas amittitur:ſed retinetur libertas:ut in latinas colonias tranſmigratio.Minima autem cum nec ciuitas nec libertas amittitur:ſed prior ſtatus iminuitur:ut adoptio:mercēnarius miles alterius & cetera.
Capicēſus taxatio poſſeſſionum: uel qui caput ſuum deducit ad cenſum ad honorē . ad diuitias.
Capitecenſus corona quæ capite geritur.
Capitiū ſummitas tunicæ:capitis foramē in ueſte.
Capitilauiū dies palmaꝝ:qa tūc moris erat lauādi capita infātium propter futurā unctionem.
Capitolium Romæ uocatum:ꝙ fuerit romanæ urbis caput.
Capitolinus capitolio ſeruiens.
Capitella dicta.ꝙ ſint columnarum capita : græcē epyſtilia.
Capitulum diminutiuum a capite:inde capitellū. item & diminutiuum.
Capitulū ꝙ uulgo capitulare dicit:idem eſt.
Capitulū dictū quaſi alterius ſententiæ caput.
Capitulum eſt breuis multoꝝ cōplexio:ſic dictū quia breuiter capiat totā ſummam.
Capitula librorꝝ dicta:ꝙ breuiter capiant & contineāt aliquā ſententiā:ſiue q̄ſi caput & titulus maioris ſcripti unde clericorum capitulum dictum ꝙ capitula ibi exponātur.
Caploſus:eliſus.
Caplum funis a capiēdo dictū:ꝙ eo indomita iumenta compræhendātur.
Capo uulgo dicitur gallus caſtratus.
Capo uel capus ex gallo gallinatio fit caſtratus.
Caprificus arbor appellata ꝙ parietes qbus naſcit carpit. Alii caprificum putant dictum:ꝙ ficus arbor eius remedio fœcundetur.
Caprificus infœcunda arbor in ſaxeis monumentis naſcitur.
Capreoli ꝙ capiant arbores : ſunt enī cincinni ſiue uncioli:quibus ſe innectere & ſuſpendere ſolent arboribus uites:ut ſine lapſu fructus ſuſtineant ſuos.
Capros & capras a carpēdis uirgultis dicūt:uel ꝙ captent aſpera.
Capreæ ſūt ibices quaſi auices : eo ꝙ ad inſtar auium alta petant:hæ ſi quādo aduerſitatem præſēſerint de altis cacuminibus ſeſe præcipitātes ſuis ſe cornibus recipiunt illæſas.
Capra domeſtica.Caprea uero ſiluatica dicta : q̄ſi capiens arduas:cuius filii capreoli dicuntur.acutum uiſum habet herbas eligit quas comedit.ad alta nititur.fidem ſignficat capreæ interdū ſignifi cat iuſtos ex gentibus.
Capricornus decimū ſignū cuius figurā aiunt a loue iter ſydera locatā:eo ꝙ a capra ſit ipſe nutritus.
Capra amaltheon Iouē pueꝝ dicit nutriſſe: unde cum geminis hædis dicit in cælum delata.
Capricornus ni ſecundæ declinatiōis q̄uis cornu ſit quartæ:ſignū eſt in cælo:cuius cauda ī effigie piſcis formā:ut in extrema ſui pte pluuias deſignemus:altera parte hircus ſimulatur.
Capreæ ſunt quædā inſulæ uel ciuitas cāpaniæ.
Caproriæ nubile caſtrum uiennenſis regionis.
Capronæ:iubæ equorum.
Capſa urbs In fœnicia.
Capſax:ſextariorum.xii.
Capſit:lædit cepit.
Capſo:capio.
Capſus carruca undiq; contecta quaſi capſa.
Capſa dicta ꝙ capiat inde:atq; cōſeruet aliquid.
Capſella diminutiuū:inde captio:dolus : inſidiæ. coniuratio:conſpiratio:conſilia.
Captare.frequenter capere.
Captatio:rumor aura popularis.
Captiuus quaſi capite diminutus:qui ab ingenuitatis fortuna excidit.
Catus.i.muſio dictus:eo ꝙ acute uideat in nocte.
Capua urbs cāpaniæ:quā capys rex albānorum cōſtruxit:unde & dicit:uel ꝙ omnē uitæ fructū terra eius capiat.hæc inter treſ maxias Romā & carthaginem numerata eſt.
Capus:falco auis:a capiendo.
Capularis:ſenex cōtiguus morti : uel reus capulo ferri dignus.
Capulus dicit:uel ꝙ caput eſt gladii: uel quia ibi capitur ad tenendum.
Capulus locus in quo mortui feruntur . dictus ꝙ ſuper capita hominum feratur.
Capulum:funis unde indomita capiuntur.
Caput dictum ꝙ capiat cunctos ſenſus.
Caput mentē ſignificat:quæ eſt caput animæ.
Capis maſculinū rex albānorꝝ :qui capuā cōſtruxit.
Carra ciuitas meſopotamiæ: pluraliter hæ carræ.
Carabrio genus animalis muſcæ ſimilis.
Carabus nauicula diſcurrēs in pado.i.inter . ē aūt ex uimine & corio
Caracalla :cappa.
Caractæriſmos informatio uel deſcriptio futurorum cum quadā illuſione.
Charactera ſtilus.
Character ferrum cōloratū.quo notæ pecudibus inuruntur.Character autem græce latine forma dicitur.imago uel effigies.
Charaxere:exinanire.ſcribere.
Caraxatum.i.ſcriptum.
Charaxia.exinanita.
Characteriæ ſūt ſynodiæ locuttōes:ſicut dicit donatus:quas græci characteras dicunt.
Carracutiū uehiculum altiſſimarum rotarum q̄ſi carrum acutum.
Caradriō auis tota alba cuius interiora oculos ca-

liginoſos curăr:ſi uiuere debet ifirmus appropin q̃ illi:ſi uero mori:fugit ab eo.p medias noctes ī medio ſublime cæli dicit uolare: ſignificat xp̃m.
Carbaſus lini ſpecies molliſſimi: & candidiſſimi: ſed nſic pro uelis ponitur.nullo humore corrumpitur:nulla ætate uincitur.
Carbaſa uela de carbaſo lino.Carbaſus pannus.
Carbo dictus:q̃ careat flãma:cum pruna extincta fuerit:carbo uocatur.
Carbunculus gemma dicta:quod in ortu ſuo rubet ut ignis :poſt niger fit ut carbo extinctus. huius genera ſunt multa.
Carcamis nomen loci ciuitatis.
Carcan & calãno catfath & emath ciuitates ſunt in oriente.
Carcer a coercendo in ſingulari hominum:in plurali equorum cuſtodia:unde carceralis carcerarius carceratus.Vir.tamen ruunt effuſi carcere currus.Eſt aũt undecunq̃ carcer arcens.
Carcheſia pocula a loco carcheſi uel ſpelunca.
Carcaridus:amnis armeniæ.
Carcedonia gemma.
Cardemon agryon.i.naſturcium agreſte.
Cardia græce cor.
Cardia cordis paſſio'cum formidabili metu uino ſanatur.
Cardia inde cardiacus morbus eſt.
Cardies cæli extremæ partes axis: dictiq̃ q̃ ſicut cor uoluãtur.
Cardo una pars oſtii:ubi uertitur.
Cardea:dea cardini præficitur.
Carduus.genus hærbæ ſpinoſæ.
Cardi ſunt quaſi ferrei pectines:quibus homines laniantur.
Carduelis auis:dicta q̃ carduis & ſpinis paſcitur: ideſt acanthis.
Carex hærba acuta uulgo liſca.caricis corripit penultimam.
Carectũ locus hærbæ caricæ plẽus locus ſpinoſus.
Careratores:ideſt lanarii:qa carariunt.i. capiunt uel diuidunt.
Carenſis:paſtor.a caria.i.pane.
Carenum dictum q̃ feruendo parte careat. tertia enim parte muſti amiſſa quod remãet carenum eſt cui contraria eſt ſappa:quæ feruendo ad tertiam deſcenderit.
Carere:non habere:unde carituras.
Careor pro careo antiquitus.
Careo res rui caſſum caſſu:quamuis caituras rarum faciat.
Cario filum ſpecies pigmenti.
Carians putreſcens.
Cariet inueteraſcit unde caries.
Caria prouincia Aſiæ minoris:quã hermus fluuius diſcernit a phrygia ragione.
Charybdis mare uertiginoſum ī ſicilia dicta græce q̃ gurgitibus occultis naues abſorbeat:ter in die ſtringit fluctus & ter uomit.
Charybdis charybdis cauſa alternitatis.
Carybdis uoratrix fœmina fuit:quã hercules in mare præcipitauit quia boues eius furata ſit.
Caryce ficos a copia nominatæ:ſunt enim uiginti uel triginta fructus fici in una maſſa.
Carientes illudentes.
Caries putredo uetuſtas uel oſſa.Caries dicta q̃ eueniat lignis uirtute carentibus.
Carioſum inde ideſt uetuſtum.
Carientiſmos tropus quo dura dictu gratius proferunt:ut interrogantibus nobis nũ aliquis nos quæſierit:reſpondet bona fortuna unde intelligitur neminem nos quæſiſſe.
Carina mediũ nauiſa currẽdo dicta quaſi currina.
Carinus quaſi carens Noy νὸυ.i.ſenſu.
Carinus gratioſus:απο τησ χαριτοσ.i. gratia.
Carinator?maledicus.conuiciator.
Carinãtes:argutantes.
Cariſa uetus læna percallida:unde infallaces ancillæ catariſiæ appellabãtur.
Cariſto as taui:Galeatus fulgeo.
Chariſtia dies inter cognatos feſtus.
Chariſteum marmoris gẽus uiride dictum q̃ gratum ſit ſculptoribus gemmaꝝ:eius enim uiriditas reficit oculos.
Caryſtos ciuitas in græcia euboea: ubi ſtrictum eſt mare.
Cariſmata.dona ſpiritualia. gratiarũ donatiões.
Cariſma huius cariſmatis.
Charite dicunt græce tres unius noĩs ut alii putãt credendum tamen magis eſt heſiodo qui illas in theogonia nominat in hæc uerba.
τρὶσ δὲ οἱ εὐρυνομυ χαρίτασ τὲκὲ καλλὶ τωπρὶουσ.
ὠλεανὸυ κοὺρὴ τωλυηρὰτὸνεἰδοσ ἐδοὺσα.
αγλαὶὴν χαι ευφρὸσ ὑνεν ὲραλὶὴν τερατὲ ινσω.
τωυ καὶ ἀπὸ βλεφαρὼν ερὸσ ἐι βὲτὰυδὲ χὸμενωι.
λυσι μελεσ χὰλὸν δὴτὸφρυὸι δὲχρυὸυ ντὰι.
Latine ſic uerti ipſi uerſus poſſunt.
Triſq; ioui charitas præſtanti corpore nata.
Oceano tulit Eurynome.ſi nomina quæris.
Aglaie prima:Euphroſyne Thalieq̃ ſequuntur.
Ex oculis pulchrum aſpiciunt intentius harum.
Syderi irrorat amor laſciuus ocellis.
Carix herba acuta ſparto ſimilis.
Carit.patet.manifeſtat.
Carmelus qui hebraice chermel dr mons ẽ in confinio paleſtinæ atq; phœnicis.ſed nõ ille de quo nabal carmelus.ille.n.eſt mons galileæ.
Carmelus cognitio circũciſionis interpretatur.
Carmelum maris proprium loci.
Carmãni populus uerſus meridiẽ remotiſſimus.
Carmi interpretatur uinea mea.
Carmentis ipſa eſt Nicoſtrata mater Euandri dicta q̃ carminibus futura prædiceret. hæc primũ litteras repperit latinas poſtq̃ cum filio de Arcadia uenit ad Italiam:a qua carmentalis porta roma dicta eſt.

Carmios nouember menſis.

Carmen uocatur quicquid pedibus continet dictum q; carptim pronuncietur: unde purgantes lanã qua diſcerpunt carmiare dicimus uel ide dicq; qui illa caneret mente carere exiſtimabãtur.

Carminũ uarietates apud boetiũ. xxyii. ſunt. Primũ genus eſt elegiacũ: qd' cõſtat primo uerſu heroico ſecũdo prima pẽtimemeri heroica ſecunda dactylica: ut hic: Carmina q quondam ſtudio florẽte peregi: Flæbilis heu mœſtos cogor inire modos. Secundũ dactylũ tetrametꝝ: quod cõſtat ſpõdæo: dactylo. catalecto. Item dactylo: ſpondæo: ut hic. Heu q̃ præcipiti merſa ꝓfundo. Tertiũ quod conſtat primo heroico: ſecundo alcmanio dactylico tetrametro a catalecto. i. quattuor pedibus dactylicis nulla remanẽte ſyllaba: ut hic. Tunc me diſcuſſæ liquerunt nocte tenebræ: Luminibuſq; prior rediit uigor. Quartũ ponit faleuticum conſtãs ſpõdæo dactylo tribus trocheis ut hic. Quiſq; cõpoſito ſerenus æuo. Quitum anapeſticũ pindarica principaliter cõſtãt anapæſto. recipiunt tñ frequẽter ſpõdæũ: uerꝝ raro ꝓceleumaticũ: apud comicos aũt & dactylũ: ſepiuſq; cũ ultima ſupeſt ſyllaba in duas ſoluitur breues ut hic. O ſtelliferi cõditor orbis. Sextũ glyconiũ: qd' cõſtat ſpõdæo choriãbo pyrrhichio: ut hic. Cum phœbi radiis graue: & hæc. Fœlix q potuit boni: & itẽ: Vela naricii ducis. Septimũ eſt dactylicũ dimetꝝ catalecticum: cui nomẽ ẽ adonio. ut Nubibus atris: uel ſic Quiſq; uolet perennẽ. Octauũ genus iambicũ ẽ hiponactiũ conſtãs trimetro catalecto. Iãbica uero metra imparibus qdem locis poſſũt recipere iãbum & tribachyn & frequenter apud comicos anapeſtũ ita tñ ut multoꝝ breuium iũctura uitet huiuſmodi metrũ diſponit hoc modo hæc cum ſupba uerterit uices dextera. Quiſq; ꝓfũda mente ueſtigat uerꝝ. Nonũ eſt aſclepiadeum: quod fit ſpondæo & duobus choriambis pyrrhichio ſiue iambo: cui & peregratium ſubiecit cõſtans ſpondæo dactylo ſpõdæo: ut hic. Si quãtas rapidis, flatibus incitus pontus uerſat harenas. Decimũ eſt ſaphicum: quod cõſtat trocheo ſpondæo dactylo duobus trocheis. Miſcuit autem huic ſecundum ſemper uerſum gliconiũ de quo ſupius dictum: ut hic. Cum polo phœbus roſeis quadrigis: lucẽ ſpargere cœperit. Vndecimũ eſt iambicum anacreontiũ: q ꝑ conſtat dimetro catalecto: cui ſecundum uerſum ſuppoſuit pheregurtiũ: quod pauloante cõmemorauí: ut hic. Quiſq; uolet perennẽ cautos ponere ſedẽ. Duodecimũ anapæſticũ parthemia cũ eſt: qd' conſtat dimetro catalecto ut hic fœlix nimiũ prior ætas. Tertiũ decimum ſaphicũ continuatũ: ut hic. Vidimus q̃ tas dederit ruinas q̃is id dimetro adonio terminauerit ſic Sydera donat. Quartũdecimũ iambicum archilochicũ cõſtans dimetro acatalecto. ut hic. Quicunq; ſola mẽte præcipiti peti ſummãq; credit gloriã Quintũdecimum phaliſcum cõſtãs tribus dactylis & pirrhichio: ut hic. Qui ſerere ingenuum uolet agrum. Sextũdecimum iambicũ archilochiũ conſtans trimetro acatalecto: ut ſupra memoraui cui mixtum elegiacũ: ut ſupra expoſui conſtans: ut hic q̃is fluente dines auri gurgite. Non expleturas cogat auarus opes. Septimũdecimũ phaleuticũ. poſuit. ſubiecitq; ei dactylũ archilochiũ tetrametrum catalecticum: ut hic q̃is ſe tyrio ſupbus oſtro: comeret & niueis capillis. In quo tñ quo ꝓ ſpondæo ſiue dactylo impibus locis trocheũ reperies. Duodeuiceſimũ dactylũ alomaniũ cõſtans trimetro hypercatalecto. hypcatalecticus autẽ uerſus eſt: cui ſyllaba ſupereſt habetq; ſubiectum ſibi pheregratium: qd' ita conſtat: ut ſupra memoraui ſpondæo: dactylo ſpondæo: ſed in loco ꝓximo ꝓprio ſpondæo ẽ ubi anapæſticũ contra regulã in tẽtimetro traditam iuenimus: ut hic. Omne hoium genus i terris ſimili ſurgit ab ortu. Vndeuiceſimũ iambicum anacreontiũ cõſtant dimetro catalecto eodẽ ſemper repetito: ut hic. Habet hoc uoluptas oĩs uiceſimum aſclepiadeum: cuius ſupra regulã poſui habetq; ſubiectum ſibi iambicũ archilochiũ dimetrum & acatalectũ ut hic. Heu quæ miſeros tramite deuios abducit ignorantia. Primũ & uiceſimum heroicum hexametrũ recidiens locis oĩbus dactylũ ſiue ſpondæũ uel trocheum: ut hic O qui perpetua mundũ rõne gubernas. Secũdũ & uiceſimũ dactylium alcmaniũ conſtans tetrametro acatalecto ſuppoſitumq; ſibi habet iambicũ archilochium. de quo antedixi: ut hic. Sunt: &. n. pẽnæ uolucres mihi quæ celſa cõſcẽdant poli. Tertium & uiceſimum trochaicũ alcmaniũ cõſtans dimetro acatalecto: ſane metra trochaica locis ĩparibus trocheum tribrachum & nõnunq̃ dactylũ paribus cũ ſupradictis tñ etiam ſpondæũ & anapæſtũ recipiũt huic generi ſubdidit boetius de quo ſupradictum eſt feregatium. quod ꝓ ſpõdeo iterdũ recipiat anapæſtum ut hic. Quos uides celſos ſede ſoli culmie reges: Quartũ & uiceſimũ eſt faleutiũ habẽs ſubiectum elegiacũ: ut hic: Quid tantos iuuat excitare motus & propria fatũ ſolicitare manu? Quintũ: & uiceſimum eſt mixtũ uariis pedibus: quod incertũ eſt quo debeat cenſeri uocabulo. Aut. n. dactylum adonium quod ꝓ dactylo uel ſpondæo anapæſtũ recipiat. Aut dactylum archilochiũ tetrametrũ: qd itẽ ꝓ ſpondæo ſiue dactylo anapæſtum indifferenter admittat. Nã anapæſticum ratio ſentite diſſuadet: quando tam ſpondæo uel dactylo q̃ anapæſto ſit compoſitũ: ut hic. Si uis celſi iuri tonantis quæ nam diſcors fœdera reꝝ. Sextũ & uiceſimũ archilochium conſtans tetrametro catalecto: ut hic puro clarum lumine phœbũ. Septimum & uiceſimũ archilochium cõſtans tetametro catalecto bucolico & tribus trocheis. Tetrametrũ aũt bucolicum ẽ cũ quartus pes dactylus eſt: qui partem finiet oratõis Quod apud boetiũ genus ultimũ iuenitur: eiuſq; initium eſt. Quã uariis terris aĩalia permeant figuris. Obſerua aũt qcunq; legeris finalẽ ſyllabã in oĩbus metris ĩdifferẽter accipi. Dimetꝝ ergo uel trimetrũ uꝑ tetrametrũ in metris iãbicis trochaicis & anapæſticis ꝓ duplices: i reliqs ꝓ ſimplices cõputaſ Carminũ quoq; uarietates. xix. ſũt in odis horatii

Prima oda ē monocolos ideſt cantus unius mēbrī Nā uerſus aſclepiadeus q dicit cōſtat ſpondæo & duobus choriambis & pyrrhichio uel iābo. uſus ē aūt ac metri compoſitione his tribus odis. Mecænas attauis ædite regibus. Exegi monimentū ære perennius. Donarē patheras grataq commodus. Aſclepiadeus dictus ab aſclepiade poeta. Secūda oda ē dicolos tetraſtraphos. i. cātus duobus generibus metri compoſitus a quarto facta replicatiōe habet. n. tres primos uerſus ſimiles: quibus nomē ē ſaphicum: & conſtat trocheo ſpondæo dactylo & duobus trocheis. Quartus uero qui adonius dicit conſtat dactylo & ſpondæo. uſus eſt hoc metro in xxvi. odis. Iam ſatis terris niuis atq diræ Grādinis miſit pater: & rubēte dextera ſacras iaculatus arces Terruit urbem & cætera Mercuri facūde. Quem uile potabis. Integer uitæ: partius iūctas. O uenus poſcimus ſit quid. pſicos odi. nullus argento. Ne ſit ancillæ. Septimi gades ulla ſi uiris. retius ocium Martiis. mercuri. nate herculis. faune. Non uides montium. Impios. pindaq. Diues ē mihi phœbe.

Tertia oda eſt dicolos diſtrophos. i. duplici genere metri ſcripta a ſecundo facta replicatione. Nam prior uerſus: qui glyconius dicit conſtat ſpondæo coriābo pyrrhichio ſiue iambo: Secundus aſclepiadeus dicitur. qui in primo dictus eſt: uſus eſt hoc in. xii. cantibus. ſic te diua potens cypri. ſic fratres helenæ lucida ſydera & cætera. Dum tu lydia mater ſæua & thuræ. donec gratis: uxor pauperis. Quantum diſtat in tactis opulentior quo me feſto intermiſſa quem tu mepo. Quarta oda eſt dicolos diſtrophos: primus enim uerſus dicit archilochius cōſtās tetrametro heroico & tribus trocheis extremo uel trocheo uel ſpondæo. Secūdus uero habet pentimemeri iambicā & ſimiliter tres trocheos extremo uel ſpondæo uel trocheo. Superflua ē una ſyllaba: hic tm̄ uſus eſt hoc metro. Soluitur acris hyems grata uice ueris & fauoni: trahuntq ſiccas machinæ carinas. Alterno terram qnatiūt pede: Dum grauis cyclopum uulcanus ardens urit officinas. Quinta oda eſt tricolos tetraſtrophos. i. tribus generibus metra ſcripta a quarto facta replicatione: nam duo primi uerſus aſclepiadei ſunt: tertius feregratius conſtans ſpondæo dactylo & ſpōdæo. Quartus glyconius. uſus eſt hoc metro. vii. odis. Quis multa gracilis te puer in roſa: pfuſis liq dis urget odoribus Grato pyrra ſub antro Cui flauam religas comā &c. O nauis dianā uitas. Quid fles o fors. Audiuere. Sexta oda eſt dicolos tetraſtrophos: primi. n. tres uerſus ſūt aſclepiadei. Quartus glyconius: uſus eſt hoc metro nouies. Scriberis uario fortis & hoſtiū. Victor mæonii carminis alite quā rē cūq ferox nauibus. Nauibus aut eqs miles te duce geſſerit paſtor. quis deſiderio. Albie nolis extremū diuis. Iam ueris. Septima dicolos eſt diſtrophos. prior enim uerſus heroicus eſt: ſequens tetrametrū ex quattuor pedibus conſtaus & dicitur faliſcus: utitur hoc his tribus. Laudabūt alii claram rhodon aut mytilenē Te maris. Quid tibi. Octaua eſt dicolos diſtrophos. prior enim uerſus conſtat coriambo & bacchio: uel amphibrachy: ſecundus uero conſtat ex epitrito ſecundo ex duobus coriambis & hic tm̄ hoc utitur metro: lydia dic per omnes te deos coroſibarim cur properes amando. Nona dicolos eſt tetraſtrophos: Primi enim duo uerſus qui alcaici uocantur cūſtant pentimemeri iambica & duobus dactylis. Tertius dimeter iambicus hypercatalecticus ex duobus iābis uel quattuor iambis & ſyllaba. Quartus pindaricus ex duobus dactylis & duobus trocheis Vtiq hoc metro triceſies quater. Vides ut alta ſtet niue cādidum Soracte nec iam ſuſtineāt onus ſylue laborātes gelucq flumina conſtiterint acuto. O mī uelox. Muſis. natis hic tibi quid dedicatum o diua nūc eſt motū Aequā: nondū. O ſæpe: nō ſemp qd belicoſuſ ille nephaſton. heuheu. cur me bacchum in remotis. Non uſitata. Odi Anguſtā. Iuſtū deſcēde. Delecta. Heli. O nata. Cælo ſupinas: Tyrrheni qualem ne forte quæ cura. Phœbus. Decima ode monocolos eſt. Hoc metrū conſtat ex ſpondæo & tribus coriambis pyrrhichio uel iābo: utiturq; eo ter. Tunc quæſieris nefas quem mihi quē tibi nullam uare. O crudelis. Vndecima ode dicolos diſtrophos eſt. Nā prior uerſus cōſtat amphimacro & monometro iābico: Secūdus uero trimeter eſt & iambicus claudus. Iābicus aūt uerſus non ſolū iābi cū ſed heroicū recipit pedē cum ſolutionibus ſuis locis. ſimparibus & tribrachim cunctis. hoc tantū uſus eſt in hac. Non ebur neq aureū mea te uidet in domo lacunar. Duodecima monocolos ē. Metro cōtinetur quod cōſtat ionico minore uocaturq ſynaphia: & hoc metro tm̄ hic. Miſeraq eſt neq amori dare ludū. Tertiadecima dicolos eſt diſtrophos: nam prior uerſus eſt heroicus: ſequens hēt pentimemerim: & hoc ſemel utitur. Diffugere niues: redeunt iam gramina campis. Arboribuſq comæ. Quartadecima eſt dicolos diſtrophos prior enim uerſus trimeter eſt: iābicus ſequēs dimeter & hoc utit. ix. Ibis liburnis inter alta nauium amice propugnacula. Beatus ille parentis lupis. Quid me rementis quoq rogo te qñ repoſtum mala ſoluta. Quintadecima dicolos eſt diſtrophos: prior enim uerſus trimeter eſt iambicus integer: ſequēs uero conſtat pentimemeri heroica & dimetro iambico & hoc ſemel utitur: pecti nihil mea ſicut antea iuuet. Scribere uerſiculos amore pculſum grauī. Sextadecima dicolos eſt diſtrophos. Nam prior uerſus heroicus eſt: ſecundus & dimetro iambico & pentimemeri heroica: & hoc utitur ſemel. Horrida tempeſtas cælum contraxit & imbres. Niueſq deducunt iouem nunc mare nunc ſyluæ.

Septimadecima dicolos diſtrophos. Nam prior uerſus heroicus eſt integer: ſecundus dimeter iābicus: & bis eo utitur. Molis inertia cur tanta diffundis in tuis obliuione ſenſibus. Nox erat. Octauadecima dicolos ē diſtrophos. Nam prior uerſus eſt heroicus: ſecundus trimeter iambicus & ſemel utitur hoc. Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas ſuis & ipſa roma uiribus ruit. Nonadecima monocolos eſt: quæ conſtat trimetro iambico nō

eſt:quod ſemel utiť.Iam iam efficaci do manus ſcientiæ.Monocolos eſt: quotiēs oda in uno metro ſine alterius admixtiōe eſt. Dicolos quæ duobus metris ſcripta eſt: Tricolos & tetracolos ſimiliter: Nota autem finali ſyllaba indifferēter uti & quod iambicus uerſus dicitur:& ſi omnes ſpondæi ſunt una tantum iambo exiſtente Sunt & alia plura:& in centimetris rithmus per ſe ſine metro eſſe poteſt.Metrum uero ſine rithmo eſſe non poteſt:qđ liquidius ita definitur. Metrum eſt ratio cū modulatione.Rithmus cum modulatione ſine ratione.Metrum dactylicum hexametrū:quod heroicum dicitur:quod eo maxime heroum.i.uirorum fortium facta canerētur:cæteris omnibus pulchrius celſiuſq; ē:unde opuſculis tam prolixis q̄ ſuccinctis:tam uilibus q̄ nobilibus aptum eē conſueuit. Conſtat autem dactylo ſpondæo trocheo.ſpondeum'locis omnibus præter quintum ſuſcipit.dactylum:præter ultimum: trocheum tantum ultimo: quod tamen habet in loco ſpondæi: Nam. xxiiii. temporum eſſe debet.q̄ eſt libra plena:ut clumina multa polos radianti lumine complent. Heroicus poſt homerum dictus:Nam antea pythiius uocabatur eo q̄ appollinis oracula hoc uerſu ſint ædita.huic familiariter adhæret metrum dactylicum pentametrum:ita ut nunquam ſine eo ponatur. Quod reciperit ſpondæum loco primo & ſecūdo: dactylum oībus.Catalecton in medio:& in fine ut lætanturq; piis agmina ſacra choris. Conſtat autem duplici pentimemeri prima dactylica uel ſpōdaica ſecunda dactylica.hoc autem & ſuperius metrum,ubi coniuncta fuerint:elegiacum carmē uocatur quia miſerorum congruat modulationi.Nā elegios miſeros uocant:priorq; uerſus hexameter ſequens pentameter:qui ſuum ſemper debet finire ſenſum. Metrum dactylicum ſaleutium pentametrum conſtat'ſpōdæo.dactylo & tribus trocheis ut Cantemus domino deoq; noſtro cuius gloria cum honore pollet. Metrum dactylicū ſaphicum pentametrum conſtat trocheo & ſpōdæo dactylo & duobus trocheis cui poſt tres'uerſus:additur ſemiheroicus uerſus'ſicut ægypto peunte quōdam.Mortis & denſa tenebris operta: Quam dei uiui ſacra gens agebat:lux erat orbi.Metrū dactylicum tetrametrum catalecticū conſtat ſpōdæo dactylo catalecto dactylo ſpōdæo:ut ſanctus Ambroſius:Squalēt arua ſoli puluere multo.Pallet ſiccus ager terra fatiſcat. helyæ meritis impia ſæcla Donaſti pluuias:nos quoq; dones. Metrum iambicū ſenariū recipit iambū omnibus locis: Tribrachim omnibus locis præter nouiſſimum dactylū & anapæſtum locis tantū imparibus :pyrrhichium tantum ultimo.Senex fidelis prima credēdi uia.Abraham ueri fœminis ſerus pater. Metrū iambicum tetrametrum recipit iambum oībus locis. Spōdæum tantum impibus Aſſolis ortus cardine ad uſq; terræ limitem.& Ambroſius ſplēdor paternæ gloriæ:Deus creator oīum.lā ſurgit hora tertia:Aeterne rerum conditor.Recipit aliquando hoc metrū etiā tribrachym locis omnibus præter nouiſſimū: dactylum & anapæſtum impibus tātum. Gemi næ gigas ſubſtātiæ alacris ut currat uiam. Metr̄ iambicum tetrametrū colophō quod anacreontium diciť anapæſtū duos iambicos & ſemipedē recipit.Agęiam præcor meaꝝ comes irremotaꝝ rerum trepidam breuēq; uitā domío deo dicemus. Metrum trochaicū tetrametrū recipit trocheum locis omnibus ſpōdæum omnibus præter tertio curritq; alternis uerſiculis:ita ut prior .iiii.pedes. poſterior tres & ſyllabam:Hymnū dicat turba fratrum.hymnum cantus perſonet.chriſto regi cōcinētes.In quo aliquando tertio loco prioris uerſiculi ſpōdæum reperies.factor cæli terræ:

Carnes dictæ quia caræ ſunt:ſiue a creādo. cremē tū.n.ſæmen eſt maſculi:unde a græcis creas κρέας uocatur:hæc caro huius canis antiquitus unde carnucula & carnicula.inde carnificor componitur:cōmune antiquitus.Carnifex diciť q̄ carnē faciat.Inde carnificium.i.macellum: unde antiqui carnifex laniator ſpiculator.

Carinos byzantinoꝝ lingua nouēber mēſis diciť

Charonthis:qui & orchus græce.

Charon portitor inferni:nam acherō eſt fluuius.

Carolus nauicula in paludibus:Carulus rex franciæ fuit.

Carpa cepulla.

Carpatia nauis a carpados inſula dicta: ſicut a rhodo rhodia.

Carpatium mare inter ægyptum & rhodum a carpatho inſula illic poſita dictum.

Carpados inſula una ex cicladibus a meridie poſita:dicta propter celerem fuctuum ubertatem.

Carpentum pomaticum:uehiculi genus.

Carpentarius:qui facit carpenta.ſpeciale nomē ē.

Carpere cōſumare:cōcidere:dilaniare:diuellere.

Carptim ſparſim.

Carptare:ſauciare:ferire.

Carpenſus:inſula hiſpaniæ.

Carpenus arbor:quæ dicitur carmus.

Carpitus fundus :qui in campo eſt.

Carpobalſamum fructus ſiue ſæmen balſami.

Carpophorus deus paganorum græce: latine dicitur frugifer.

Carpogratiani hæretici a carpograte.q dixit chriſtum de utroq; ſexu progenitum.

Charta latine:græce κάρτης chartes:unde ē tractū.Chartaꝝ uſus in mēphite ciuitate ægypti primū inuentus eſt:ſicut ait lucanus conficitur bibula memphitis charta papyro.bibulam autem papyrum dixit:q̄ humorem bibat.

Chera dicitur:quod carptim papyri tegmē decerptum glutinatur:cuius genera multa ſunt.

Chartes græce maſculinum eſt.

Charthago pūice noua urbs dicitur:quæ a Didone duce & cæteris phœnicia ueniētibus.i.a tyriis in africa diciť prius cōſtructa:hæc antea dicta eſt Eliſſa poſt tyrus.de hinc carthago: nūc a gothis ſubuerſa caretro dicitur.

Carthago ante urbem romam.lxx.ad duos ānos ab heliſſa condita inuenitur. hæc ſexcenteſimo

ſeptuageſimoſeptimo anno: q̄ condita fuerat: a ſcipione deleta eſt. Quæ autem nunc eſt ab urbe condita dc.xxyii. iuſſu ſenatus reparata eſt. xxii. demū anno q̄ fuerat euerſa deductiſq; ciuium romanorum familiis: qui eam incolerent: reſtituta eſt & repleta magno ante prodigio præcedente. Nā cum menſores ad limitandū carthaginēſem agrū miſſi ſtipites terminoꝝ indices fixos nocte. a lupis reuulſos corroſoſq; repperiſſent: aliquan diu hæſitatū ē utrum romanæ paci expediret carthaginem reformari.

Carthago. ginis. inde carthaginenſis.

Carteros græce: latine: durus: inde carterus latine deriuatur.

Cartallus cofinus uel caniſter.

Cartalus græce fiſcella latine.

Cartillago oſſis ſpeciem habet: fortitudinem nō habet ſicut diſcrimē narium & auriculæ.

Carteriæ ſūt ī cacumīe arboris p q̄s funes trahūt.

Carus amabilis: dilectus: unde & caritas. nam græce dilectio dicitur.

Carrum a cardine rotarum quattuor uel q̄ currēdo ſonet: uel quaſi currus.

Caſa ē agreſte habitaculū palis harundinibus uirgultiſq; contextū: quibus poſſint tueri a ui frigoris uel caloris. Vir. atq; humiles habitare caſas.

Caſa hoſpitiolum.

Caſſare: euacuare: priuare: caſtrare: unde caſſatus: & caſſabundus: inſtabilis: dubitans titubans.

Caſſo a careo res ſum ſu. u in a fit caſſo as.

Caſania interpretatur uberatio.

Caſcum: antiquum: uetus: uacuum.

Caſdei hi ſunt: qui &: caldæi nūc dicūtur a caſeph filio nachor.

Caſſes rætia lepoꝝ uel telæ araneaꝝ: a capiēdo dictæ: cuius ſingularis hic caſſus huius caſſis facere debet: ſed pluraliter tm̄ declinatur.

Caſeus dictus q̄ careat ſero: uulgo formaticum.

Caſia hærba odorifera ſimilis coſto: unde fit caſiū oleum uel unguentum.

Caſia flores olentes odoris genus quod decoqtur in oleo & fit unguentum.

Caſia naſcitur in arabia uirga robuſta corticis purpurei: foliis ut piperis. Eſt autem uirtute cynnamomi ſimilis. ſed potentia īferior: unde ꝑ cynnamomi uice duplex eius pondus in medicamēto admiſcetur.

Caſſidilis pera paſtoralis.

Caſſis ſidis fœminīnū eſt & græcū: a cuius actō fit hæc caſſida.

Caſſis & rætis gēus & calea dī a capiēdo uel capite.

Caſſis de laminis: galea uero de corio: nā galeros corium dicitur.

Caſſis a tuſcis a capite dicitur.

Caſſin apud ſcythas uix dicitur.

Caſiopa inſula maris magni.

Caſium medicamenti genus.

Caſius mons iuxta peluſium & alius propinquus antiochiæ eſt. cuius uertice ſol proſpicitur quarta adhuc uigilia.

Caſleu nouember menſis: q & nonus dicitur.

Caſloī: q poſtea philiſtiim nunc phaleſtini. idē & allophili. i. alienigenæ appellati ſūt. hoꝝ ciuitas regia eſt aſcalon.

Caſma hiatus terræ: dū rumpitur terra. unde caſmare uerbum.

Caſnomia muſca uenenoſa.

Caſnar ſenex: caſnari ſenes oſcoꝝ lingua.

Caſperia ciuitas italiæ campaniæ.

Caſpia regna in aſia ſunt. quibus aditus eſt ad īdiam inter duos montes crotam & proconenſum: ubi anguſtum eſt mare.

Caſtalius fons boetiæ ſub monte parnaſo muſis ſacratus: qui pegaſæus uel heliconaus dicitur.

Caſtanea a græco dicit. hanc græci τὸ καϛανον caſtanō dicūt qa fructuſ gignit ī mōm teſticuloꝝ.

Caſtra ſunt: ubi milites ſteterint dicta quaſi caſta uel q̄ ibi caſtretur libido. Caſtrū uero ſingulariter oppidum. inde caſtellum diminutiuum.

Caſtrū inde caſtrenſis dignitas honor caſtrorum.

Caſtellū caſtellanus: ſicut oppidum oppidanus.

Caſtitas: corporis incorruptio. Continentia uero poſt corruptionem abrenunciatio. Alii caſtitatē in coniugiis ſpiritualibus: continētiam in uirginibus ītelligūt. Illa autem ē uera caſtitas: quæ nec mente polluitur.

Caſtrimagia. gulæ concupiſcentia.

Caſtus primum a caſtratione dictus: poſtea placuit ueteribus etiam eos ſic nominari: q perpetuam libidinis abſtinentiam pollicebantur.

Caſtimonia pudicicia.

Caſtimonium ſanctimonium.

Caſtigare: corrigere. hinc caſtus dicitur correctos habens mores.

Caſtifer: qui flagellum portat.

Caſtulo onis: urbs eſt hiſpaniæ.

Cactor aīal eſt nimis manſuetū maſculinū: dictum quia dum uenator cū ſequit morſu dentiū ſcipſū caſtrat: ut euadere poſſit teſticulis ante faciem uenatoris proiectis: quoꝝ gratia uenator eū perſequabatur. Sunt enim apti medicaminibus. hos fibros uel ponticos canes dicunt.

Caſtoreū medicamētum: quod fit de teſticulis caſtorum.

Caſtor per ædem caſtoris.

Caſtor & pollux apud paganos dii ſunt habiti: quos etiam inter ſydera finxerūt. quod ſignum dicitur gemini.

Caſula: ueſtis cucullata: quaſi minor caſa: eo q̄ totū hoīem tegat: ide cuculla quaſi minor celſa.

Caſſus a careo es magis ē nomē ſicut laſſus q̄ pticipium maxime cū uanū ſignificat: inde caſſo as.

Caſſum: inane uacuum.

Caſſus a cadendo dictus. per eos enim inflexa nominat uariantur: & cadūt tam ſenſu q̄ littera.

Caſus eſt ruina cuiuſcunq; rei. In nomine uero caſus dicitur inflexio.

Caſus eſt declinatio nominis uel aliaꝝ cauſalium dictionum: quæ maxime fit in fine.

Caſus lapſus: ruina: fortuna. omne periculum.

Casus uel fortuna est causa p accidens:rarius euenientiũ.in his rebus:quæ ꝓpter aliquid aliud fiunt ut qui causa uidendi amicũ exiuit.lapide sua grauitate cadenti percussus est.

Casus ẽ inopinatus eũctus ex cõfluẽtibus causis in his quæ ob aliquid aliud gerunt sicut cũ unus abscondit aurꝫ:alter effodiẽs terram ob aliud idẽ inuenit.hoc igitur fortuitu creditur accidisse.sed non de nihilo:nam proprias habet qui prius posuit:& qui post effodit.

Casus dicitur secundum quosdam: ꝙ sine causa eueniat.

Cata κατα iuxta:sed apud græcos significat ab cũ in pluribus compositis ad.

Cata multorum cantatio.

Cata funis cũ plumbo.quo altitudo tentatur.

Catabathynon accolæ mõtem uocãt prope castra alexandri interpretatur descensus.

Catabole proprie dicitur.cum quid se sublimi in ferius iacitur. uel cũ aliqua res exordium sumit unde hi qui ædium fundamenta iaciunt:catabolæte,i.deorsum initia fũdamẽtorꝫ iecisse dicunt.

Carabulum clausura aĩalium ubi desuper aliquid iacitur.

Cataclysmus diluuiũ uel euersio.

Cataclysmus græce hyems:pyrosin uero æstas.

Catachisis abusiua.

Catachrestícos usurpatiue.

Catachresis usurpatio nominis alieni ut paricidã dicimus:non qui patrem occidit sed uel fratrem & piscinam quãuis pisces non habeat.

Catachresis.i.abusio & usurpatio dicitur.

Cata enim ab chresis usio nominatur.

Cataceſis doctrina.

Cataforas.i.africa tertium clima cæli.

Cataduplа locus ubi nilus de monte cadẽs nimium fragoris facit.

Cataphrygis hæreticis nomen prouicia phrygia dedit:qa ibi steterunt auctores eorꝫ mõtanus prisca & maximilla: qui aduentũ sancti spũs non in apostolos:sed in se uenisse asserunt.

Catagrapho græce scribo.

Catalect'cus uersus est cui una syllaba deest in fine ut nubibus atris.uel sic.Quisqs uolet pennem. Acatalecticus cui nihil deest.hypercatalecticus q abundat.

Catalepsia passio epilepticorꝫ:sed in hoc differt ꝙ non spumant cataleptici sicut epileptici qui: & pos & per nares spumas ꝓiiciunt. Catalepticorũ passio a tibiis uel pedibus inchoat:qñ gressũ mouẽt tibiarꝫ dolorẽ uĩ frigidiorẽ siue grauedinem sentiũt:fit aũt uel ex nimio sanguine:uel ex colerũ feruore:q cõclusi in stomacho nõ habentes naturalẽ exitum caput grauant & sensu priuant.

Catalon.totum.

Cata antis:contrarius.

Cata logus suscriptio conscriptio.

Catalogus:numerus ordo uel series.

Cãtamitus ganymedes:mollis fuit:inde catamiti dicuntur molles.

Catamerinos quottidianus.

Cataplectatio.i.conuitium.

Catapulta sagitta spicata.uel epulum.

Cataplasma:medicamentum dictum: ꝙ inductio sit sola.

Cataplus:aduentus nauium.

Catapota genus calicis.

Catapodia dicta:ꝙ modica potẽt' seu inglutiatur.

Catapates ẽ linea cum massa plumbea:qua maris altitudo tentatur.

Cataractæ cæli feneſtræ uel tonitrua.

Cataroæ:hæretici:qui ꝓpter mundiciam ita se nominauerunt:gloriantes.n.se de suis meritis :peccatorum ueniam negant:Idem sunt catari.

Cathartica græce purgatoria latine.

Catarrus fluor reumæ iugis ex naribus:qui dum a faucibus uenerit:brachos dicit'dum a thorace uel pulmone tussis.

Cataſceue:deſtructio.

Cataſceua confirmatio ꝓpositæ rei.Anaſceua reuicit:nõ fuisse aut nõ esse quod factum ꝓponitur.

Cataſta:genus pœnæ similis æquuleo.

Cataſtaginos est catarro interius uiscerꝫ distillans' uel pcutiens:si ĩ stomacho tussim cũ nauſea,puocat si ĩ pulmone cum grauedine thoracis & tussi cula uæhementi & sputis spumosis aliquibus cũ raucedine & si sanguinem expuerint ad phtysin ueniunt & tabidi moriunt.ur.Aliquotiẽs expuũt & excreant pinguẽ saniem.

Cataſtropha cõuersio stomachi.i.subuersio quod est diaria solutio uentris: ut quicquid ibi acceperit non coctum digerat.

Catameros per partem.

Catidon κατιδων græce latine uidi:inde catus .i.ingeniosus:& catus q acute uidet in nocte.

Catax a coxa claudus.

Catetizare:docere:instruere:imbuere.

Catecuminus instructus siue audiens pro eo ꝙ ad huc doctrinã fidei audiat:nec dũ tñ baptismum p ceperit.Nã catecumius græce auditor interꝑtat'.

Cathedra excelsa sedes iudicis præsidẽtis eẽ solet

Catheia lingua persarum hasta uel tælum.

Chateia quam horatius chaiam dicit:est.n.genus gallici tali:qd' si ab artifice mittatur. rursus ad eũ redit qui misit.

Categoria.a'scriptio:accusatio.prædicatio

Categuriæ græce:latine prædicamenta dicunt':q bus p uarias significatiões oĩs sermo cõclusus ẽ.

Cathællæ'catænulæ colli sunt inuicẽ se cõprãhendentes ĩ modũ cathænæ.unde & dicunt'.

Cathænia:collare muliebre.

Cathæna dicta ꝙ capiendo teneat utraq; uestigia ne ꝓgrediant'.uel ꝙ se capiendo pluribus nodis teneat:inde cathænula:& concathænare.

Caræpænon κατεπαινον latine per laudem.

Caterua multitudo inde cateruatim multipliciter congregatim collectim:& cateruarius qui ĩ cateruis populi subsistit:& cateruare.idest aggregare: colligere.

Caterus ꝓpendicularis linea est recte descẽdẽs:uel

quæ ab angulo dicitur.
Catialis collis:ubi nunc lacus funditus eſt.
Catillo as aui deglutire uel ſonare:ut catulus.
Catillo guloſus a catellis dictus.
Catiniſci & cymbia poculorum genera ſunt.
Catigera rector doctor.
Catine ciuitas ſiciliæ:quæ libidinoſa fuit.
Catine proprium eſt inde catinenſis.
Cataypoſis per quandam imaginationem oſtẽſio quod ad unumquẽq; attinet.
Catinum uas fictile:lanx.i.ſalinum.
Catyppis oppidum orientis.
Catillare per alienas domos infrontare: gyrare a catulis circũeuntibus.
Cathmia genus lapidis:unde cypriũ æs efficitur.
Cathmus filius agenoris:qui ab Aſia ueniens in Europam Thebas condidit in boetiam frater europæ & fœnicis.
Catholicus:rectus.
Catholica græce uniuerſalis uel generalis.
Cathomi:uirgæ ferreæ.
Cathorin ſeptember menſis lingua cappadocum
Caricœnodon:ideſt ſecundum totum mons : cuius quidem uſq; in oriẽtem unum iugum uidet ſed multa ſunt nomina.
Catones duo dicuntur fuiſſe amatores uirtutis : maior cenſorinus auunculus minoris: philoſophorum peritiſſimus:Minor nepos eius rigiduſ dictus eſt & uticenſis:qui uticæ ſe interfecit.
Catoblepa beſtia q̃dã:cuius aſpectus uitã aufert.
Catricula:fucus.circũuento.fraus
Catrophilon græce faſtidium cibi.
Catus:marina belua.
Catus denominatiuum a cane.i.doctus. ſapiens. acutus:inde cato dicitur.
Catuli abuſiue dicunt quorũlibet aĩalium filii: nã proprie canum ſũt dicti.per diminutionem a catus quod a cane per denominationem aſſumit.
Catellus uero a catulo & catulaſter.
Catux:ſublimis.
Caua:uacua:inanis:inde cauare.i.uacuare:fodere
Caucaſus mons ſcythiæ ab india uſq; tauꝛ porrectus pro gentiũ & linguaꝝ uarietate dictus:nam cũ in oriente in excelſum conſurgit:caucaſus dĩ: qui & ipſorum lingua:pro niue candidus dicit.
Cauculæ lyxæ ſerui militum.
Caucula:ſingulariter maſculinum.
Caucaſus mons:q inter colchos:q ſũt ſup cimeri cum mare & inter albanos:q ſunt ad mare caſpiũ primũ attolliť:cuius qdẽ uſq; in orientẽ unũ uidetur iugũ:ſed multa ſũt noĩa : & multi hoc ipm tauri montẽ credi uolunt:qa reuera parthoatras mons armeniæ iter tauꝛ & caucaſũ medius continuare tauꝛ cũ caucaſo putať:ſed hoc non ita eẽ diſcernit fluuius euphrates: q a radice pthoatræ montis effuſus tendens in meridiẽ ipſum ad ſiniſtram:taurum excludit ad dextram.
Cauculus petra:quæ in ueſica fit.
Cauculoſi hi ſunt:qbus tumor in ueſica & apoſtema ẽ ſunt illi:q cũ urinã faciũt:uelut furfures ſup natant:uel qui ſtranguria ſiue diſſuria laborant.
Caucus:uaſis genus.
Cauda pars extrema:inde caudatus.
Caudæ:inſula parua iuxta cretam a meridie.
Caudea iũcea:qd' iũcea cauda emergat:dĩ ſcirpus.
Caudex arboris radix uel ramalia in radice iuncta ueteres enim codex nos caudex:ſicut illi clodus nos claudus.
Caudicatus radicatus.
Caudicæ nauiculæ ex uno ligno cauato factæ.dictæ q; quattuor uſq; ad decem hoies capiant.
Caudex:petra.
Caudinum oppidum ẽ:unde caudinus.na.num.
Cauea theatrũ ſpectaculi locus: poniť ꝓ aliquoꝝ aĩalium clauſura:quæ uulgo capia dĩ quaſi cauea
Cauernæ:cauæ partes.
Cauere præteritũ caui.declinare. uitare habetq; i ſe negationem:ut caue fiat pro ne fiat.
Cauillatur:mordet:deridet:conuicioſe iocatur.argumentis:tergiuerſatur:caute perſcrutatur.
Cauillatio:iocus urbanus.
Cauillũ idẽ eſt quod cauillatio:iocus cũ conuicio.
Cauillo diminutiuum a caluo pro caluillo.
Cauis:auis aĩacia.
Caula cancellum ante iudicium uel ingreſſus.
Caules cancelli tribunales.ubi ſunt aduocati.
Caulæ munimenta ouium uel ſepimenta ouiliũ. ouile enim græcum eſt.oiς enim ouis eſt. aulæ græce receptacula ſunt.
Caulis generaliter hærbaꝝ uel olerũ medius frutex:qui uulgo thyrſus dicitur quod a terra ſurſũ conſcendat:ex quo dicitur quoddam genus olerum ſpeciaſiter.
Caulis quia thyrſus eius amplius cæteris olerib⁹ coaleſcat.
Caulis dicitur generaliter quicquid i oleribus naſcitur auulſis primis foliis:dictus q; coaleſcat:maſculinum eſt:nam.y.liqueſcit.
Cauli cauliculi.cauliculi uero ſunt ramuſculi.
Caulona:regio aſſyriæ.
Caulus uel agreſtes uentus corus dicitur.
Caulonus mons uel oppidum calabriæ.
Cauma.tis.Καυμα calor æſtus.græcum eſt.
Cauum profundum cum ambitu.
Cauum dicitur uacuũ natura.inde cauatũ manu.
Cauno:negociator.
Caunus cabellus.
Caupo negociator tabernarius a capiendo nimiũ dictus:unde cupa cauponum taberna.
Caupillus lignum cauatum quaſi cymba lembus. carabus breuis.
Caupo caupona:quod ſignificat tam ipſam tabernam q; mulierẽ cauponula facit:ut leo leæna draco dracæna leno lena:ſtrabo ſtraba.
Caurus pro corus uentus eſt.
Cauſa eſt animi impulſus ad aliquid agẽdum : rõ uero gerendorum ordo ex cauſa uenientium.
Cauſa dicta a caſu:a quo uenit:eſt enĩ origo & materia negocii:quæ dum præponitur cauſa eſt:dũ diſcutitur iudicium:dum finitur iuſtitia.

Cauſula diminutiuum.
Cauſa aut argumento aut probatione conſtat: argumento quando nec teſtibus nec tabulis dat, probationem ſed ſola inueſtigatione inuenit ueritatem: unde & dictum argumentum: ideſt argutū inuentum. probatio autem teſtibus & fide tabularum conſtat.
Cauſarum genera ſunt quinq; honeſtum. admirabile. humile anceps. obſcurum.
Cauſæ genus honeſtū eſt cui ſtatim ſine oratione noſtra fauet animus auditoris. admirabile: a quo eſt alienatus animus eoꝝ qui audituri ſunt. Humile: quod neglgitur ab auditore. Anceps i quo aut iudicatio eſt dubia: aut cauſa honeſtatis uel turpitudinis particeps: ut beniuolentiam pariat & offenſam. Obſcurū in quo aut auditores tardi ſunt: aut difficilioribus ad cognoſcendum negotiis cauſa cernitur implicata: cauſarum ſtatus ſūt duo: rationalis & legalis. De rationali oriunt cōiectura: finis: qualitas: trāſlatio. De fine iudicialis & negocialis. De iudiciali abſoluta & aſſūptiua. De aſſumptiua conceſſio: remotio criminis: relatio criminis compenſatio. De conceſſione purgatio & deprecatio.
Cauſa eſt pp quam unūquodq; ſit. cauſarum tria ſunt genera. deliberatiuum demonſtratiuum & iudiciale. Cauſa dicitur a chaos: quod fuit principium omnium rerum: inde cauſa dicitur origo uniuſcuiuſq; rei.
Cauſa ſine rōne pōt eſſe: ratio uero nō ſine cauſa.
Cauſales & rationales: quas quidam ſub una ſpecie ponere uoluerunt: hoc differunt: quia præcedit cauſa: ratio ſequitur.
Cauſales cōjunctiones proprie ſunt: quæ cauſam antecedentem cauſatiue ſignificant. i. res uenientes ex cauſa antecedente.
Cauſarius: litis amator.
Cauſcius: reus.
Cauſari: calumniari. exigere. in cauſam ducere.
Cauſidicus: orator: defenſor. patronus.
Cauſis καύσις græce interp̄tat incenſio latine.
Chaus latine quod græce chaos dī: huius chaos facit confuſio caligo cuius abl'tō uſus & Ouidius i metomorpho. ſic hereboq; chaoq;.
Cauſos incendioſos. græcum eſt.
Cauterium καυτήριον dictum quaſi cauturiū quod urat & prouida ſit in cum ſeueraq; cautio: ut dū uidetur: cuius ſit auaritia refrænet. Quod interdum pro ſigno: interdum pro cura adhibetur: ut uis morbi ignis ardore ſiccetur: ide cauterio as. i. inuro dāno.
Cautio a cauendo dicta breue uel charta recordationis.
Cautes ſaxa aſpirata ut maris. dictæ a caudo a nauigantibus ſcilicet quaſi caute.
Cautus a cauere. ſollicitus. præcauens.
Cæa inſula in oceano oīum frugum fertiliſſima.
Cebetes quem uirgilius nimis diligens cū alexandro alexin uocauit.
Chebron ciuitas iudeæ. ipſa ē arbe a nūero ita uocata: q; ibi tres patriarchæ ſepulti ſūt & q̄rtus adā. Ipſa ē mambre ab uno amico abrahæ ſic dicta.
Chebron ciuitas interpretatur coniunctio uel cō iugium κλειεσόω cliestho. i. clauſus ſit.
Cecidit preteritū decado uerbo: ſuccubuit perūt. ad terram eliſus eſt.
Cecini preteritum de cano. prædixi. cantaui.
Cecrops regnauit in attica. hic urbem athenas in hellape condidit ex ſuo nomine cecropiam uocauit. hanc etiam minerua dicitur conſtruxiſſe.
Cecropii uel cecropidæ atheniēſes græci a cecrope
Cecumini. i. mali feruores. Nam cacos malum κακὸν græce æſtus.
Ceculum uinum campaniæ uel uetus dictum q̄ cæcet & confundat ingenium.
Cæcula ſerpēs dicta: q̄ parua ſit nec habet oculos.
Cæcus dictus: qđ careat uiſu: q; utroq; oculo nō uidet: inde cæco as. i. cæcum facio. actiuum eſt.
Cæcum inteſtinum dictum: q̄ ſit ſine foramine.
Cecutientes: lyppientes. parum uidentes.
Cedar filius hiſmael fuit: interp̄tatur tenebræ uel mæror. Hieronymus tū ſic ſcribit cedar interp̄tatur: cū mundus totus in maligno poſitus ſit.
Cedar regio ſaracenorum trans arabiam ſita: quæ mari ægyptio contigua eſt.
Cædes occiſio a cædendo per æ ſcribenda.
Cædo dis. cæcidi cæſum. i. incido ferio uerbero.
Cedo dis ceſſi ceſſum. locum do dimitto. p e ſcribitur ce.do pro dic nihil amplius habet per e ſolum
Cedrus arbor alta: cuius lignum iocundi odoris eſt & diu durans: nec a tinea unq̄ exterminat' huius ligni reſina cedria dicitur: qua libri illiti nec tineas patiuntur: nec conſeneſcunt.
Cedrinus de cedro.
Cedrus magni odoris & imputribilis uirtutes & ſigna exhibentes ſignificat: q dicere poſſunt: chriſti bonus odor ſummus deo.
Cedrus ſuo odore ſerpentes fugat.
Cedri ſignificant excelſioris potentiæ uiros & in malo.
Cedrus in creta africa atq; in ſyria naſcitur.
Cædula charta.
Cephalenia inſula maris magni.
Cephi monſtra quædam ethiopiæ.
Cepheſus fluuius.
Chein χεῖν iudicatores uel fundere græce.
Cella dicta: q̄ nos uel aliquid occulte celet. i. apotheca: unde deriuatur cellarium.
Cellarium dī: quod in eo colligant' miniſteria mēſarum: & quæ neceſſario uictui ſuperſunt.
Celare: occultare. denegare uel ſculpere: deſignando incidere.
Cælatum inſculptum a cælio: quod eſt ferramenti genus: quod uulgo cælionem uocant.
Cælare p ſculpere pro æ: pro abſcondere per e mī
Celeber: frequens. feſtiuus. uenerabilis. preclarus a cælo: inde celebritas: q̄ non ibi terrena: ſed cæleſtia tantum agantur.
Celebrare etiam inde dicitur. i. cælo dignum facere. & celebrabile. i. dignum celebrari.

Celeber & celebris dicitur brior rimus.
Cælebs cælo aptus.cõiugii exps:uel cælo beatus. hic & hæc cælebs bis.quaſi cæleſtium uitam ducens:unde cælibalis.
Chelæ brachia ſcorpii:quæ faciunt libram.
Celena:locus campaniæ.
Celeptra myrteum genus frugis.
Cele græce genus uaſis umineũ.uſ uilis ſupellex
Celeno una harpyiarum raptrix fuit.
Celer uelox.
Celeritas animorum & factorum uelocitas: uelocitas autem pedum a cillere.
Celer uel celeris & hoc celere & ſecundũ utrunq; comparatur celeriſſimus pro cellerimus.
Cellere:affligere uel macerare ſuperſtare.inde cõponitur excello pcello.i.ualde macerare.
Celes cithara:qua canitur.
Celes oues aues.
Celes celicole.
Celeuma clamor nautarum.ſiue carmen ſup mortuos.uel ſuper lacum.
Celeus rex eleuſinæ ciuitatis pr̃ triptolemi q ruſticis opis inſtrumẽta monſtraſſe dr̃ doctus a cerere
Cælia inſula eſt Aug.
Cæli ſignificant animas ſanctas quandoq; aliquãdo libros utriuſq; teſtamenti.
Celia potio ẽ a calefaciendo dicta ex ſucco tritici p artẽ cõfecta ſuſcitaf.n.ignea illa uis germinis madefactæ frugis:ac deinde ſiccaf: & poſt i farinam redacta molli ſucco admiſcef:quo fermentata ſapor auſteritatis & calor ebrietatis adiicitur.
Chely græce brachium dicitur.ide chelys lyra dicitur.utrũq; tamen græcum eſt.
Celiarchos ĩmortalitas.
Cælibatus uirginitas caſtitas dictum q; cælo dignus ſit quis.
Chelydrus ſerpens: q fumare uiã facit. dictus q; terra & aqua moref: quaſi cherſidros: χερσος enim terra.hydor aqua dr̃ græce.ſp directus ambulat:nã ſi torſerit ſe:dũ currit.ſtatim crepat.
Cælicola dictus q; cælum colat:eſt.n.angelicus.
Celicola commune eſt.
Cælicolæ larum pluraliter:facit tñ p conciſionem cælicolũ quod maxime fit in patronymicis & cõpoſitis ut graiugenũ caprigenũ omnigenũ trinũ dinum:amplo; æneadũ dardanidũ auſonidũ.
Cæli ſignificant euãgeliſtas uel ſanctos a terra eleuatos ferentes dominum.
Chelidon χελιδωṅ hirundo.
Chelidõia hirũdinina hærba eſt:cuius ſucus oculis mederi dicitur:Nam ulcera in oculis & aſperitudines ſiue albugines extenuat hirundinina dicta ſiue q; aduentu hirundinũ uidef erumpere:ſiue q; pullis hirundinũ ſi oculi auferuntur:matercor hac eis hærba medef:quod ſic expiri potes: ſi pulli eius de acu oculũ pungas: uidebis.n.illico matrẽ ipſis florem huius hærbæ oculis apponere pro luminis reparatione.
Chelidonia hærba ortulana odorifera.
Chelidonia gẽma ex hirundinũ colore uocata.
Chelidoniacus gladius dictus: q; ſic in modũ caudę hirundinis.
Chelys iuſtitiæ iudicium.
Cælitus de cælo.aduerbium.
Cælius tuſcorum lingua ſeptember menſis.
Cæliũ ferramẽti genus:unde cælare.i.ſculpere dr̃.
Cælius mons in urbe roma.
Cælios excelſus.
Celonis genus nauis:quam græci celecram dicũt ideſt uelocem.
Celox ſpecies nauis.fœmininum eſt.
Celonitis gemma oculus indice teſtudinis uariuſ & purpureus.
Celonium ſtagnum ſiciliæ retro abiicit proximãtes odore.
Celtiberi populi ſunt:qui deuouentes ſe ſuo regi non poſt eum uiuere uolunt.
Celtiberi dicti a gallis:q prius celtici dicebanf: & ab ibero hiſpaniæ fluuio:ubi conſederunt: quorum ex nomine uocata eſt celtiberia regio.
Cælum dictum: q; tanq; cælatum uas impreſſa lumina habeat: Alias autem a celãdo ſuperiora cælum græce uranos dicitur.
Cæleſtis & cælitus denomiatiua a cælo & cælitus aduerbium.
Celſus a cælo dictus: q; ſit ſublimis.
Cemata pecuniæ.
Cema pondus retinet trium ſcrupulorum.
Cæmentum a cædẽdo dictum: q; craſſo lapide ſurgat minorum lapidum congregatio uel cæſuræ lapidum.uel mẽdacium cogitationum. uel molliores petræ.
Cæmẽtarius:qui uictum manibus quærit: q; cæmentum operatur.
Cæmentaria:eccleſia.
Cemerias ſyluas obſcuras.
Cemme preces conubii.
Cæna dicitur a cõione ueſcentium.
Cœnon κοινον græce cõe dicunt: qa antiquitus ſemel in die.i.ſero communiter comedebant.
Cæna ανωτου καιρου græce noua.
Cænaculum ſuperior pars domus:dictum a communione ueſcentium:unde & cænobium cõgregatio multorum.
Cenchrias:generoſus.
Cencris ſerpens ſemper rectum iter faciens.
Cenes interpretatur inſpectio.
Ceneto:æſtimo.iudico.
Cænix χοινιξ nomen menſuræ καινος quotiẽs ſextarius quater aſſumitur.græcum eſt.
Cænõ κοινος græce latine ſignificat nouum uel commune uel mixtum.
Cæno ouum.neutrum.
Cæno as aui.tus ſum.
Cænobiũ monaſterium plurimo; dictum q; cõiter uiuant. Cænon.n.græce commune dicitur.
Cœnobitæ genus monachorum:quos cõiter uiuentes poſſumus appellare.
Cœnũ:ſordidum lutum.uorago.profundum. inde cœnoſus.

Cœnolentus:renouatus.
Cenos κενοσ inanis & uacuus:ide cenodoxia ia ctantia seu uanagloria.
Cenodoxus.inanis.glorie cupidus.
Chenophalis genus monstri:dicti quia canina ca pita habeant.
Cenosura minor ursa dicitur arctos carrum.
Cœnosus:lutulentus.a cœno.
Cenothaphia simulacra:quæ græci uocant mor phonica.
Cenothaphium inane sepulchrum.
Censere:iudicare.sententiam proferre.
Censores patrimoniorum & morum iudices.
Censores apud ueteres romanos erãt: erat enim dignitas iudicialis.
Censorinus quasi censura dignus.
Cẽsorius q sensum q̃rit uel ex censura pulcher.
Censi dicuntur:quorum patrimonia publice ãno tata sunt.
Censuales sunt officiales:qui censum per prouin cias exigunt.
Census pecunia opes facultas.
Censũ apud romanos Tullius seruilius ordinauit
Censura iudicium cum seueritate uindicta.
Censura honor quidam a censendo.i.iudicando.
Centaurea a chirone cẽtauro reperta genus hær bæ:eadem ligniſios & fel terræ uocatur.
Centauri dicti ἀπο του κεντεῖν τὴ αυρα: q pri mi equis sedentes dum e flumine potarent hoc nomen habuerunt.dicitur etiam cõfictum ad ex primendam humanæ uitæ uelocitatem qa equ us uelox sit
Centauris species uocabulum ĩdidit:ideſt homo equo mixtus.dicitur enim monstrum fuisse: hi alii peletronii:alii laphitæ dicuntur.
Centauri a latinis breuitate dicti:nã hippocẽtau ri dicere debemus ἱππος equus κεν τεῖν pun gere αὔρα:rota chalcaris.quia cum superius es sent homines inferius erant equi.
Centaurus etiam species nauis cuiusdã dicitur.
Centum significat perfectum numerũ: unde do minus:qui reliquerit domũ uel filium & cætera centuplum accipiet:uel quia tetragonus ẽ.x.de cies.x.Centũ dr̃ latine græce ἑκατον quod ẽ tri culus.Centum zona cllicia ueneris quæ legiti mas nuptias ligat.
Centones apud grãmaticos dici solent:q carmini bus Homeri seu Virgilii ad ꝓpria more centena rio:ex multis hinc inde cõp tis in unũ sartiũtur corpus ad facultatem uniuscuiusq; materiæ.
Cento filtrum collectio illius:qui uilissima uecti galia colligit in foro.
Centesimas dicunt lucrum in parte usuram.
Centiceps centicipitis.
Cẽtimanus a manus cõpositum eius seruauit de clinationem huius centimanus. Notatur igitur nullum aliud proprium uel adiectiuum uel mo bile quartæ declinationis esse.
Centrũ κεντρον stimulus græce.i.radius ferreus
Centrum græci dicunt in cuius medio cũcta uer guntur:ideſt punctum.
Centrũ medium cæli uel circuli cuiuslibet rei aut cumulus absidos.
Centipeda genus aĩaliũ a multitudine pedũ dicta
Centuria mẽsura terræ uel uineæ habens ꝑ sin gulas partes.xx.pedes.
Centuria ager.cc.iugerũ.q apud antiquos centũ iu geribus existebat post duplicata nomẽ retinuit.
Centurias dicimus ptes exercitus i centenos mili tes diuisas unde & q his ꝑsunt centuriones dicũ tur:ergo succenturiati sunt nõ q in prima sedẽ se cunda centuria sunt quasi sub prima centuria. ꝙ
Centurio qui cẽtum militibus præest: qui præest cohortibus militum uel manipularius.
Centurus centaurus.
Centussis componitur ex cẽtum & assibus mascu linum est.
Cenum:acutum.
Cephalea colla uarte destinata.
Cephas:hebraice:petrus græce:latine agnoscens syriace caput:quod in capite sit constitutus apo stolorum.
Cephalalgea κεφαλαλγεα capitis passio.
Cephalen καφαλην enim græce dicunt caput.
Cephalagria inde.i.humor capitis:& cephalia: id est uena capitalis.
Cæpa dicta ꝙ non aliud sit q̃ caput:ide cæparium & cæpula quasi diminutiuum. cæpe huius cæpe in plurali hæ cæpæ harum cæparum.antiquitus ẽt hæc cæpa pæ inuenitur ĩ singulari & cœpicius & cæpicium.
Cephus signũ æthiopũ rex pater andromadæ pp ipsam inter sydera locatus dicitur.
Cœpio quod non est in usu facit cœpi pinus. lu pinum cœptũ. Cœpi pro incipiendo per œ scri bitur.similiter cœptus.pro capiendo per e solam Inceptus per e solam.
Cepostua latine dicitur ortus sancti ioannis.
Cæra materies fuit litterarum illarum:quæ par uulorum nutrices fuerunt.
Ceraunus figulus græce:nam latine cæra a græco κῆρος ceros:quod est idem.
Cerasa poma dicta a cerasonte urbe ponti:quã lucul lus deleuit:unde & hoc genus pomi ĩ italiam de uexit:& a cerase ciuitate cerasu.m appellauit.
Cerasus κερασος arbor ipsa fœmininum.cerasũ fructus eius neutrum.cerasus hærba.
Ceras τοκερας cornu græce.
Cerata τακερατα cornua græce.
Cerastes serpens dictus:ꝙ in capite cornua habe at primæ declinationis.
Cèras.adis corripit penultimam.neutrum est pro prium loci.
Cerates mẽsura duorum calculorum uel unius si liq̃ & dimidiæ & sic scribitur quem semibo lum dicunt.
Ceraunia urbs græciæ.
Ceraunia mõs maxius sub quo ĩmensæ sũt petræ
Ceraunia montes epiri uel loca: quibus ionium mare ab hadriatico separatur: ubi fulmina ca

dunt:a crebris dicti fulminibus:græce enim κε/ραυνοσ dicitur fulmen.
Cerauneus lapis flammeus a calore dictus inue/nitur ubi fulmina cadunt.
Ceraunus nota:q̄ in libris apponit̄:quotiens mul ti uersus īprobant̄:nec p̄ singulos obelatur.
Ceraunię uuæ dictæ:q̄p̄ rubeant.
Cerberus inferoꝝ canis : tria capita habere dī p̄p tres ætates ifantiā iuuentutē senectutem : dictus quasi κρεοβοροσ:ideſt carnem uorans.
Cercophytecus simia est caudata.i.mainon.
Certior comparatiuus a certus.
Cerdoniaci hæretici dicti a cerdone:hi abnegant xp̄m natum passumq; sed simulasse passionem.
Cerdones sutores.cerdo donis.
Chære græce:latine aue dicitur.
Cere proprium ciuitatis:quæ Agellina dicitur.
Cereale papauer dictum:quia longum. hæc cibo ieiunium quasi cerere continetur.
Cerealia arma instrumenta pistoria.
Cerealius pistor a cerere.i.frumento:quod aptat.
Cerebrum medulla capitis:diminutiuum eius ce rebellum.
Cerebrosus in cerebro patiens.
Cerefolium genus hærbe.
Cerenum ni interpretatur hæres.
Ceres.i.terra quasi creares a creandis frugibus di ctam asserunt appellantes eam noībus plurimis dicunt.n.eā opem q̄p̄ ope terra melior fiat dicunt p̄serpinā frugem uestā q̄p̄ uariis uestita sit rebus. Eandē ignem dicunt quia eundē habet uelut ex ethere.& ideo uirginem putant.quia ignis inuio labile sit elementum nihilq; ex eo nasci possit qa cuncta consumit.
Ceres dea a paganis dī q̄p̄ usum frugibus inuenis se dicitur:ideoq; accipitur pro frumento.
Cæreus a cæra dictus:ex qua fit:quasi cannella est
Cerite penultima breniatur.neutrum.
Ceritis proprium est loci: sed ceres tis penultima producta patrium.
Cerethei & pheretei pugnatores doctissimi.
Chæret gaudet græce.
Cerimoniæ apud latīos dīr sacra oīa q̄ apud græ/cos orgya dicunt̄.dicta q̄si carimonia eo q̄p̄ his q̄ in sacris offerunt̄:in quotidiano carent hoies.
Cerimonium & cerimōiæ pluraliter dictæ. quod nos uitiis carere faciant.
Cerinta uilis hærbæ genus.
Cerritus insanus amens ira cereris percussus.
Chermel hebraice dicitur:qui & carmelus.Requi re ubi de carmelo superius diximus.
Cernere:aspicere.considerare longe.
Cerno creui:quod est a cresco aput antiquos.
Cernida cribellus pollinis.
Cernida cribellum ad pollinem.
Cernui:socci sunt sine sola.
Cernuus accliuis:humilis pronus.in capite ruens
Chæro gaudeo græce.
Cæroferarius a ferendo cæreum dictus acolythus græce.
Cerognothi κε̄ρογ̄νṓθι:tempus nosce.
Ceroma unguentum athletarum.inde ceromati/cus ex eo perunctus.
Cerostata candelabra uasa ecclesiæ a cornibus di/cta græce.
Cerota:firma.reparata.
Chersydros masculinum genus serpentis.
Certa:clara.manifesta.
Certitudo:propalatio.
Certare:pugnare.quasi certum se dicens habere.
Certamen pugna agonalis.
Certatim studiose uel cum certamine.
Certamina lusus a frequentia eorum quos græci agonas dicunt.
Ceros κηρος græce masculinum est.
Cæra latine cherubin plenitudo scientiæ dei iter/pretatur uel sancta mens in excelsis dei.
Cherub in singulari generis masculini.in plurali cherubin & est generis neutri.
Cheruci lineæ in malo nauis.
Cheruces funes nauium.
Cerusia genus potionis a cerere.
Cerui dicti απο των κερατον apo ton ceraton: ideſt cornibus.
Ceruus æger ramusculos oleæ dum mādit:sanat̄. ceruus fugiens spineta penetrat illæsus oculis ca ligantibus serpentē deuorat & i eo æstu & uene/ni ardore ad fontē uadit mersusq; in eo caliginē & quæq; supflua exuit. Ad hæc cū amoris incen/dio detinet̄ priore subsequētis caput renes suos sustentante natando uel per deuia syluaꝝ ad ex/ternas regiōes deuenit. Fideles cerui significant.
Ceruus significat sanctum & christum.
Cerui furcæ sustentacula.
Cerui x dicitur:quod per eam cerebrū ad medul/lam spinæ derigatur:quasi cerebri uia.
Ceruix i singulari collū:in plurali supbiā significat
Ceruical dicitur : q̄p̄ sub ceruice ponatur a ceruicis græco.
Ceruicatus superbus.
Ceruigium nauigium.
Cherulas colles uel ualles.
Ceruli dicuntur quidam pisces in ægypto.
Cerula nigra uel alta maria a cæræ colore.Nam ce rula est uiride cum nigro.
Cerulus dicitur ipse color.
Ceruleus uero:quod ex cerulo constat.
Ceruleus niger cum colore uiridi marinus color est fuscus.Cerulus naturæ.ceruleus fingitur.
Ceruleus bestia marina.
Ceruſa q̄dam materies apta ad pingendū q̄ ex plū bo stannoq; conficit̄ hoc mō.In uase.n.acero acer rimo īposito sarmenta aminea collocabis:sup sar menta tabulas plumbi uel stagni tenuissimas po nes deinde uas diligentissime claude illiniq; ne quid spiraminis exeat.post aūt dies.xxx.uas ape ri & ex distillatione tabularum innatā ceruſam ī uenies:quā eiectam inde & arefactam teres:& ite rum aceto admixto in pastillos diuides.
Cæsa incisa occisa a cædor ris destructa.

Cesa sic appellant hastas galli.
Cæsa est græcum pluraliter & commata articulū: ideſt paruam distinctionem significant.
Cessabundus:instabilis.uacillans.
Cæsaraugusta terra conensis hispaniæ oppidum.
Cæsarea una palæstina altera philippi quā ipe philippus frater herodis in honorē cæsaris ꝯdidit: & ex utriusq; noīe uocauit:q & paneas dī. Tertia ēt cappadociæ:quarta mauritaniæ oppidū: quā iub.a rex maurorum condidit.
Cæsariati:comati.
Cæsaries coma a cædendo dicta.uitorum est tm̄.
Cæsar interpretatur possessio principalis.
Cæsar nomen a Iulio cœpit: q bello ciuili āmoto primus romanū singulariter obtinuit principatū dictus aūt a cæso matris utero:quo eductus ē:uel q cum cæsarie natus sit:a quo sequētes romanorum imperatores dicti sunt:qa comati eēnt. Qui cūq; enim exacto utero nascebantur cæsones uel cæsares dicebantur.
Cæsonia uxor cæsaris.
Chesionomaton:multitudo nominum coniunctorum diuersosono una re significantium ut in esaia.Ve genti peccatrici:populo graui iniquitate:semini neq̄.
Cestidium:creditum.
Cæsim per cædes.quō uicissim per uices.
Cæsius lentiginosus quasi cæsus facie.
Cæsia:lenticulosa.
Cespes:terra gramine.
Cespito as aui:cadere:offendere.
Cestos κε σοσ zona ueneris. Ceston betonica uel lacturia dicitur a quibusdam.
Cæstus conum quoddam:quo inuicem pugnantes se cædunt:unde dicūtur cæsti brachialia pancrationum.
Cæstus lora:quibus mala plumbea ligabātur: unde pugiles ludebant.
Cæstus:picturarum arma.
Cæsus percussus incisus maculatus a cædo cecidi.
Cæsuræ fiunt in uersu:in quibus cæditur.i.diuiditur:ut poola & commata.
Cetarii piscatores dīr abusiue:uel q salsamenta piscium.i.liquamen undunt.tractum a cete.
Cetaria uiuaria:in qbus cete & alii pisces sunt:uel officina in q̄ liquamen ex piscibus conficitur.
Cete marinæ belluæ græce dicta ob immanitatē corporis scilicet:pr ntō hæ cete:sicut tempe gtō horum cete:latine ucro cetus dicitur.
Cete ingētia in pfundo atlātici tm̄ infinite magnitudinis:q̄ si qñ supernatant fluctibus īsulas adnare putes & montes altissimos ad cælū uerticibus eminere:quibus uisis nautæ terrentur.
Cæteri:reliqui ex eodem numero.
Cæterum.nam.sed.
Ceteus interpretatur absciſſus.Aug.
Cethei quidam sapientes uerboꝝ inuentores.
Cethim filius niuam:a quo cethei.i.cyprii.
Ceticurii cyprii apud quos & urbs cintiū uocat.
Cetra scutum quoddam loreum.
Cetus ille fuit:qui andromadā uolens interficere a Perseo interfectus est.
Cetus genus belluæ marinæ græce cete dicit.Cetus uero.i.multitudo per œ scribitur.
Cetura interpretatur thymiama.
Ceu:sicut.quasi.
Ceueo es:turpiter agere.
Ceuens.crissans.clunem agitans.
Ch.ph.th.prius scribebāt græci.post singulas eas fecerunt.χ.φ.θ.
Cyacea nouember mensis.
Ciemus prouocemus.concinnamus.
Cyanea gemma scythiæ.
Cyane dea sicula.Cianeæ locus ī mari:ubi saxa uagari dicuntur:quæ simplegades dicuntur.
Cyatios gens immysia.
Cyaticus rex optimi imperii.
Cyathus unciā retinet & tres scrupulos pōdus.x. drachmas appēdit:a qbusdā dicitur casatus.
Cyathi calices maiores & angustiores fialis.
Cybanaris:quasi tunica ferrea.
Cibaria:commeatus alimenta.
Cibare.cibum dare.
Cibarius panis qui seruis datur non delicatus.
Cybelus mons phrygiæ troiæ.
Cybele ipsa est terra dicta græce a cibo.i.solido uel απο του κυριειν:ideſt oratione capitis: quæ ī eius sacris fiebat.
Cibele dicta a cibelo primo sacerdote uel a cibelo oppido.
Cibus dicitur quia capitur bucca: unde cibo.bas cibarius a um.
Cybus græcum est.Est autem in geometria figura:quæ longitudine latitudine & altitudine continetur fitq; corpus solidum.hoc etiā dicitur tessera bis bini bis.latine cubus.
Ciborus κιβοτος græce nos arcam dicimus.
Cicadæ ex ciculorum nascuntur sputo quæ æstā rumpuntur.
Cicatrix obductio uulneris liuor dicta q̄ obcecet uulnus.
Cicendela scarabeorum species dicta q̄ uolans cā det:ideſt lucet:unde dicitur cicendele quia similiter luceat ut cicendelia quæ uitreas lampadas uocamus.
Cicer græcum est genus leguminis.
Cicinus olor.i.cignus.
Cyclades insulæ sunt in ægæo mari dictæ q̄ in circlo.i.in orbe sunt positæ: sūt autem.liii.quorum metropolis est rhodie.
Cyclades dictæ quod licet spatiis lōgioribus a delo in orbem tamen circa delon sunt positæ.Nam orbem ciclum græci dicūt quidam autē propter scopulos:qui circa easdem sunt:circundantur āt a pelago mirtoo tenētes a septētrione:ubi ē tenedos in meridiem:ubi ē.mare carpathiæ Milia.d. Ab oriente ubi est prima rhodus in occasum ubi est cithera.M.cc.
Cyclas dis genus uestis a rotūditate dicta sursum stricta deorsum ampla.

Cyclopes:qui unum in fronte habent oculum.hi & agiopagitæ dicuntur:quos india gignit.
Cyclopea ſaxa:i qbus ciclopes habitauerũt i ſicilia
Cyclops pis penultimam producit Virg.
Cyclus græce orbis dicitur uĩ gycus κικλοσ græce circulus latine.
Cyclus ideo dicitur:quod in orbe digeſtus eſt: & quaſi in circulo diſpoſitũ ordinẽ cõplectat annorũ ſine uarietate & arte unde factũ eſt ut q̃q materia ſimplici informitate facta ciclica uocaretur.
Cyclicæ dicunt artes a græcis: qa origo eaꝝ ſicut circuli lateat:& qa indiſſolubilis ſunt materiæ:ut licet deſint:q eas capiãt:ipſæ tñ non pereunt.
Cygnus quidã iuuenis:qui dr mutatus in olorem auẽ quo nomine ipſe olor nominatur.
Ciconiæ aues dictæ a ſono:quo crepitant quaſi ciconiæ:quem roſtro faciunt.
Ciconia pelargos πελαργοσ dicitur. Antipelargoſis uero græce latine retributio bonoꝝ interpretatur:uirtus itaq; retributionis in his attẽdat auibus pietatiſq; clæmentia q̃ depoſitoſ patris artus p longæuũ ſenectutis plumaꝝ tegmine alarũq; nudatos remigio circũſtãtes ſoboles ppriis pẽnis fouent:ac collato cibo paſcũt.hæ etiã quaſi teſſera militare dicuntur:& circa orientem a cornicibus dirigi.
Ciconia ab hiſpanis lignũ longũ uocat quo i hortis hauriunt aquas.Idẽ hortulãi teloné uocant
Ciculi ſunt aues a uoce ppria noiatæ.hi ueniendi tps hñt miluorum ſcapulis ſuſcepti pp breues & parnos uolatus ne p lõga aeris ſpacia fatigati deficiant ipſi cuculi uel tuci dicuntur.
Cicũ granum mali punici aut umbilicus lupini.
Cicur placidus mãſuetus prudẽs.pluraliꝝ cicures.
Cicuris:domeſticus ſus.
Cicurare:manſuete facere.
Cicunia:fulica.
Cicuta genus hærbæ dictæ q̃ in thyrſo geniculato nodos habeat cæcos.i.occultos.ut canna:inde cicutius hærbis uenenatus.
Cicutiens lippiens.
Ciddaris:mitratiara.pileus ſacerdotalis.cuphia.
Cidnus fluuius ciliciæ ex tauro monte means.
Cydonia mala ab oppido: qđ eſt in creta dicta ex quo pomo cidonicum conficitur.fit quoq; ex eo uinum:quo deſideria languẽtium falluntur. nã uinum repræſentat.
Cydon:numerus annorum.
Cydones:puerorum amatores dicuntur.
Cieo es & cio cis ciui citum eiuſdem ſignificatiõis Sed a cio cis quartæ declinatiõis producit penultimam citum.a cieo uero breuiatur.
Cieo es ide cibus cibo as citus citor.& cito aduerbium componitur concitus:unde concito dr. cito as:inde cõponit ſollicito tas ſollicitus exercito as incito as incitamentũ ſuſcito concito recito & quæ ab his fiunt.a cieo es fit cõcio ex cio & accerſo is accio:& q̃ ab his fiunt.ciuis ẽt ciuicus ciuilis ciuitas componitur conciuis.
Cygneus:candidus.
Cygnus menſura retinens.viii.ſcropulos.
Cygnus auis genus:quæ & olor dicit q̃ totus ſit albus plumis a canẽdo dictus eo q̃ carmina modulatis uocibus fundat.
Cygnus poeta quidam fuit.
Chiliarchos χιλιαρχοσ tribunus qui mille uiros habet.
Cyllaris:equus pollucis.
Cyllenus mons archadiæ:inde cillenius mercurius a loco dictus.
Cillere mouere.
Cilix:pirata de cilicia.
Cilices quidã populi:quos uicit Põpeius. piratæ erant a tharſis filio ruuam orti ſunt dicti a cilicia regione:ubi poſuit eos Pompeius.
Chilia χιλια græce mille dicuntur.
Chiliaſte græce milliarii hæretici ſũt q dicũt mille annos epulaturos ſanctos cũ xpo corporaliter.
Cilia dicta q̃ celent.i.tegant oculos uel a cillendo ideſt mouendo.
Cœliaci qui paſſionem uentris patiuntur græce enim χοιλια uenter dicitur:inde cœlialiſis.i.aſſidua uentris ſolutio.
Cilicia aſiæ minoris prouincia iuxta taurum mõtem a cilice quodam nomen traxit:quem ioucm dicunt fuiſſe. plurima iacet campis recipiens ab occaſu lyciam:a meridie mare ſcythicum a tergo tauri iuga.
Cilices pro piratis & piratæ pro cilicibus ponunt.
Cilicus ca cum de cilicia.
Ciliciũ dictum quaſi capraꝝ piliciũ:ueſtimẽtũ eſt.
Cylindrus in geometria figura quadrata habens ſuperius ſemicirculum in ſolido.
Cylindrus lapis uolubilis in modum columnæ quo area coæquatur.
Ciliũ:unde argentarii uel ſculptores operantur: a quo celata uaſa dicimus qui uulgo cilio dicit.
Cillones homines anguſti capitis & longi.
Chiliones uero aſpiratione breuioribus labiis homines uocantur.
Cylus cithara.
Cyma:cacos.malus.
Cymarſus græce princeps uillæ.
Cima capita olerum græce:uel quaſi coma.
Cymbala acitabula:quæ percuſſa inuicem ſe tangunt faciuntq; ſonum per.y.
Cymba:nauicula.
Cymen quo corrupto uocabulo cimbios appellamus.
Cymbia quæ & urceola poculorum genera: uaſa dicta ad ſimilitudinem cymbæ.
Cym nomen uici indeclinabile neutrum.
Cymæa græce quæ & cumana latine cognomẽto Amalthea una de decẽ ſibyllis: q̃.ix.libros attulit Tarquinio:quibus erant decreta romana.
Cymea ciuitas cãpaniæque:& cumæ pluraliter latine dicitur.
Cymedia gemma: quæ inuenitur i cerebro piſcis eiuſdem nominis.
Cimeras:uas frumentarium.

Chimæra nomen nauis: nunc alias monſtrum.i. bellua.ore leo.poſtremo draco.medio capella.capite uomens ignem q̄ bellorofontes interfecit: tiphonis & hectriæ filia fuit.

Chimæra mōs ciliciæ:qui locis quibuſdam ut fertur leones & capras nutriens:quibuſdam ardēs: quibuſdam plenus erat ſerpentibus.hunc bellorofontes habitabilem fecit:unde chimæram dicitur occidiſſe.

Cymæria una ex ſibyllis:quæ italiæ fuit.

Chimerinoro picos qntus circulus cæli: qui a latinis hyemalis dicitur:quia cū huc ſol uenerit hyemem facit.

Cimex uermis de ſimilitudine cuiuſdam hærbæ dictus:cuius fetorem habet.

Cimæ κεῖμαι græce iaceo.kimenos κειμένος iacens poſitus.Kimiſis κείμεσις dormitio: ide κιmiterion.i.pauſatorium uel dormitorium.

Cimiterium ubi iacent & dormiūt mortui. unde dicitur græce cimiterium quaſi cimiſterio:uel q̄ſi mortuæ carnis tritio aut tuitio.

Cimiliarcha.i.theſauri cuſtos.

Cimi hærba:propter ſimilitudinem cimicis dicta

Cymia uaſa modica.

Cymici hæretici dicti ab immundicia.contra humanam enim uerecundiam in propatulo cū uxoribus coibant ut canes.

Cyminum itali dicūt:galli uero cuminum uirtutem habet calidam.

Cyminum græce cuminum latine.

Cyminus mons & lacus eſt.

Cymothoe una nympharum.

Cinabrium puluis rubri coloris.quidam hoc dicunt eſſe minimum.

Cinnamomum dictum q̄ in modum cannarum ſint rotundæ uirgæ eius tenuiſſimæ. hoc aromatum frangitur i modum nebulæ ſeu pulueris uiſibile ſpiramen mittit.

Cinnamomum breuis arbuſcula eſt ſed miræ uirtutis & odoris cuius fructus ſtacte dicit q̄cquid ab eo tangitur illæſum ab omni putredie & uermibus ſeruatur.

Cinnama unguenta.

Cinnamo neutrum pro unguento.

Cinari ut quidam putant acitabula:quæ percuſſa in modulos concitantur.

Cynabat ſyrorum lingua Iulius menſis.

Cincinni capilli dependentes.

Cincinnoſus:cui capilli criſpi dependent.

Cinctura lata zona:minus lata ſemicinctium: minima cingulus

Cincturus pro cinctus paratus.

Cinædi dicūt molles & euirati miniſtri mīis deū.

Cinei orti ſunt a iethro genero moyſi.

Cinæus nomen gentis.

Cineres oſſa reliquiæ animæ.

Cinereus doſinus uel doſninus equus

Cynereth mare galileæ uocatur.

Cinericæ oues cineris colorem habentes.

Cinga fluuius.

Cingere:circumire.circundare.

Cingulum quo ſerui publici cingebātur obliqua purpura.

Cingulum hominis generis neutri. Nam aīalū genere fœminino dicimus hæc cingula cingulæ ut equi & aſini.

Cynici quidam philoſophi parciſſimæ uitæ nam cynos canis dicitur qui parciſſimum eſt animal.

Cinis ex incendio dicitur ex eo enim fit:hic cinis uel ciner ris.

Cynips pis proprium.

Cinyphei hirci maiores a flamine africæ: quod & cinyps dicitur:ubi plurimi ſunt.

Cynocephali homines:qui canina capita habent ſimiles ſimiis uel genus ſimiarum.

Cynogloſſa hærba:quā latini linguam caninam uocant eo q̄ ad morſū caninū iuuet trita cū ſale.

Cynodontes canini dentes.

Cynomia græce muſca canīa uenenoſa: cynon.n. græce canis dicitur.

Cynomolgus arabiæ auis dicta q̄ i fruticibus cinnami nidos ponat.

Cinoth lamentatio hieremiæ.latitudo interp̄tat.

Cynthius auctor troiæ quidā fuit uel apollo uel mons apollinis.

Cynthius andromade pater.

Cynthia luna a cyntho monte deli.

Cinnus tertio oris.

Cinus & primus latine ilex & lentiſcus arbores.

Chios inſula ubi bonum uinum naſcitur qd chium uocatur:in qua fons eſt hebetes faciens.

Cio cis ciui citum.cieo es ſimiliter quartæ declinationis & ſecundæ.i.uoco clamo accio aſcio ſcis in de aſciſco.

Cyone urbs peloponeſſi.

Chios uuas grandes magis q̄ multas hēt:nomen dictū q i multū uini fluat: χέω enī eſt fundo.

Cypariſſus idē & cypreſſus & cupreſſus arbor dicta q̄ caput eius in rotunditate ſurgat: imputribile lignum.

Cypreſſus uel cypariſſus:puer fuit quidam quem ſiluanus amauit:a quo arbor ipſa eſt dicta.

Cyprus inſula a ciuitate cypro:quæ in ea ē nomē accepit:ipſa eſt paphon in carpathio mari uicina auſtro famoſa quondam diuitiis & maxime ære quod ibi prius inuentum eſt.

Cyprus inſula ab oriente mari ſyrio:quod miſſicū ſinum uocant:ab occidente pamphilico:a ſeptētrione aulone cylico:a meridie ſyriæ & phœnicis pelago cingitur.

Cyprius a um de cypro:ubi nobiles uites affluentes ſunt. Cyprus cypricus cyprius uero cypricus facit.

Cyprus interpretatur mixtura.

Cyprium æs.

Cyprus ē arbor aromatica:cuius læmen ſimile coriandri album & ſubluciditū: quod oleo coctum & expreſſum cypros uocatur ūde regale unguētum paratur.a flore cypro uocatum:cuius odorē proprie refert.

Cyprius ſiſipa:quod eſt tenue.
Ciprus lignum inornatum & magnum.
Chir græce manus dicitur.inde chiraga manum rigiditas.
Ciragrica manuum dolor.
Cyras interpretatur lacerator.
Cirrha & niſa duo capita parnaſi montis.ā cirrha apollo in nvſa liber colebatur.
Cyrrhat⁹ puer q cyrrhos.i.capillos adhuc ferebat.
Circa iuxta erga.circa ad inuiſibilem materiā uel locum pertinet.erga ad animi effectum circū ad tempus.circiter ad numerum.
Circæ inſula orientis.
Circæ filia ſolis:q̄ dicta eſt mutaſſe ſocios ulyxis.
Circæus eſt mons:ubi circæ habitauit.
Cyrceſſo caſtrum imminens eufrati.
Circiliones dicti:ꝙ agreſtes ſint:quos ſcotopitas uocant bonoſi hæreſim ſequẽtes:qui chriſtū filiū dei adoptiuum nō propriū eſſe dixerunt.
Circinus apud carpentarios dicitur ꝙ uergendo circulum faciat Circinus circulus:ferrum uel lignum duplex unde fiunt circuli.
Circiter plus minus.prope.fere ad numerū refert
Circilis:qui thracius uẽtus dicitur eo ꝙ choro ſit iunctus.hunc hiſpani gallicum dicunt.
Circulus dictus eo ꝙ circunductione currat:inde fit circulus per ſyncreſin.
Circulus eſt figura plana quæ ſub una linea continetur:ad quā ex uno puncto:qd' intra ipſam eſt oēs quæ rectæ dicunt lineæ:æquæ ſibi ſunt.
Circulus armilla uel frænum.
Circumeo.circum ui.circuitum.
Circum præpoſitio:quæ præponitur & ſeparatur ut circūfero circum montem περι ſignificat:& aduerbium loci περι circum ex hoc circiter fit:qd' ſignificat peri pro iuxta ſed tẽpori ſolūmodo adiungitur ut circiter kalendas.
Circa quoq; peri ſignificat quādo pro iuxta ponitur:uel circa forum templum circa.x.annos compoſita tantum poſtponitur.ut quo circa loco coniunctionis cauſalis:& circumcirca ꝙ eſt aduerbium ἀπὸ τοῦ περι ſignificat.
Circenſes ludi dicti ꝙ in circūeundo enſes poſiti erant:nam ex una parte aqua:ex altera enſes per medium uerba.
Circus rotunditas quælibet.Circus romanus a circuitu equoꝝ eo ꝙ ibi circa metas equi currāt. Aug.Circuitus ſignificat rerum temporalium cupiditatem:quæ in ſeptem dierum ſpatio quaſi rota uoluitur.
Circulator qui famam portat uel circuit.
Circuncelliones genus monachorū uagantium dicti ꝙ circum cellas uagentur:Solent.n.diſcurrere hac & illac ſedes nuſq̄ habentes.
Circuncelliones hæretici in ſano amore martyrii ſemetipſos interimẽtes:ut martyres uocẽtur.
Circunſluo is.i.circumfluo.
Circunciſio in carne præputii abſciſio:quod ſolis iudæis ſit conciſio extantis pellis uirgæ.
Circunciſio uulnus:cum aliquid circunducto ferro abſcinditur.
Circunforanus:quia aduocationū cauſa circūfora & cōuentus uagatur.
Circūluuio locus:quem aqua circunluit.
Circūpedes obſequia ſeruorum.
Circunquaq; rex omni parte undiq;.
Circunſcribere:damnare:bonis propriis priuare cōcludere:in præiudiciis mittere delere.
Circūſcriptoriæ:callidæ.ſubrepticiæ.
Circuntextus ueſtis ſpecies:quæ græce cyclas dicitur dictum:quod ſit rotūdum palium.
Circunuenire:decipere.
Cyræneus interpretatur hæres.
Cyrenæa regina fuit Libyæ quæ ex ſuo noīe ciuitatem condidit:quam cyreenen nominauit.
Cirri nō cæſi capylli:quos græci mallones uocāt.
Cyrillus quidam poeta fuit a quo dictum eſt cyrillium metrum quod conſtat pentametro hypercatalecto:ut regna ſuperna patris laudat chorus angelicus κυρι ὸσ dominus adonai kyrieleiſon domine miſerere.
Cyrintiani hæretici a cyrinto quodam mille ānos poſt reſurrectionem in uoluptate carnis futuros prædicant:unde græce chiliaſtæ latine milillierii dicuntur.
Cyriocoralli:ornamentum corona.
Cyritat' populum alloquitur.
Cyrne inſula dicta a cyrno herculis filio.i.corſica.
Chirocleus quidam liber paruus.dictus ꝙ clauſa manu poſſit teneri.Nam chirmanuſ κλεισ u claudo dicit' græce.Prudentius hunc fecit.
Chiron græci dicunt genus auri cuiuſdam qd' hebræi ophat uocant.
Chirodita græce latine manicata.
Chirogiis:funibus.
Chirographum manus inſcriptio:ideſt cautio inter creditorem & eum q mutuatur ut depoſitum non poſſit negari.
Cyrogrillus erinatius ſpinoſus maior eritio.
Chironomōtes pantomimi ſunt qui manibus geſticulant'.nam chir manus.ioculatores ſunt.
Chironomon geſticulator:
Chirotheca uanti ideſt manus theca.
Chiron quidam græcus fuit qui medicinā iumẽtoꝝ inuenit:inde pingit' media parte hō:& media equus:dictus chiron quia chirurgus fuit.
Chirorgium ferramentorum inciſio ſine medicamento.
Chiron centaurus achillis magiſter.
Cyrurgia manuum operatio latine.
Chiros græce latine chirus o in u chiri facit genitiuum ſic ſimilia.
Cyrus rex perſarum primus qui laxauit captiuitatem hebræorum.
Cyrus ſtrango.
Cyrus arbor nucis cyrrus circinns ideſt reflexio capillorum.
Cyrſum genus uehiculi.
Cyrſum urbs mauritaniæ.
Cis nomen patris ſaul.

Cisalamel interpretatur peritus.
Cisalpina galia quæ infra alpes est.sicut transalpina que ultra alpes dicitur.
Cisseus rex thraciæ.
Cis præpositio unde citra:sed cis solet adiungi ꝑ priis nominibus fluminum uel montiũ:reliquis citra magis.ut cis rhenũ uel alpes.citra saniem.A citra uero citer citerior citimus.
Cis componitur & separatur:& magis localẽ uim habet.ut cisalpes cis rhenũ: possumus tamen ea uti per translationem in tempore & in aliis ut cis definitum tempus & cis legem naturæ sicut ultra deriuatur ex hoc & citra.
Cismos græce latine diuisio.scissio.corruptella. uitium.
Cisos:hedera.
Cis rhenũ de ista parte.i.maguncia.intra rhenum.
Cista grandis corbis.inde cistula cistella.
Cistella a costis uel cannis: quibus texitur dicta capsella.
Cisterna locus aquam colligens.
Cita uelox dicit a cieo uel cio:unde cito as: uoco moneo actiuum est.
Citharæ & psalterii repertor tubal fuisse peribet: a græcis autẽ appollo repertor credit:quæ pectori humano prius fuit similis:unde dicit nam: pectus dorica lingua cithara uocat:paulatim ãt plures extiterũt species eius.ut psalteria lyræ: barbiti:fœnices & pectides:q̃ dicunt indicæ q̃ & feriuntur a duobus simul:& aliæ plures.
Citarim cursim.
Cithara & citharœdus citharista citharizo.
Citaxus similis taxo.
Cythera insula ueneris:una ex cycladibus.
Cytherea uenus a loco:quia ibi orta est.
Citherius interius.exterius.ulterius uel quasi ꝑ prius.
Cithærõ mõs Boctiæ iuxta thebas:pars parnasi.
Cithii cyprii a cythio urbe interpretat calcabothe
Cytisus genus arboris a cytiso insula:ubi abũdãt.
Cytisus genus fructicis.hærba odorifera.
Cithisum frumentum.
Cithocacia hærba dicta ꝑ cito uẽtrẽ purget quam uulgo ciconiam uocant.
Citorius mons paflagoniæ:buxifera.x.
Citor hebraice famulla uel fumus dici potest.
Citra huc ad nos:ultra uero a nobis ad aliam partem:citra te absq; te:citra ultra extra absq;. Citra præpositio nõ componitur & candẽ pœne significationem habet quam cis idest localem. nisi ꝑ propriis nominibus fluminum uel montium cis solet præponi: ut cis rhenum: cisalpes. Reliquis uero magis citra: ut citra saniem: citra cruorem uel forum:a cis citra: inde citer citerior citimus: utriusq; tamen interpretatio apud græcos est aduerbium.
Citreus de citro ligno.
Citrus arbor odorifera.
Citra dicta ꝑ eius pomum ac folia cedri odorem referant.
Citrosa uestis dicta:quæ concrispa ad similitudinem citri.
Citus cita tum a cio penultimam producit: a cieo corripit:idest uelox.
Ciues uocati:ꝑ in unum cœtum coeant societatis uinculo adunati ad custodiendã legẽ a cio es.
Ciues romani dicti quia testamẽto liberi effecti. sub consulibus uel principibus in numero ciuium romanoꝝ erant.Cæteris autem libertis prohibebat ne uel in urbe roma uel infra septimum ab urbe miliarium cõmanerent.
Ciuitas est hominũ multitudo in quoddã uinculum redacta concordiæ.
Ciuitas est collecta hominũ multitudo ad iure uiuendũ.hic & hæc ciuis.nam in is non potest finiri neutrũ inde ciuicus ca cum ciuilis ciuitas.
Ciuilitas mansio hominum.
Ciuiles pães.serui ecclesiæ:uel q expẽsas recipiũt.
Chium bonũ uinum a loco dictum.nam chius nomen est insulæ.
Chius & encheladus gigantum nomina
Ciziti:fons amorem ueneris tollens.
Cladis dicta ꝑ currẽdo lædat uel ꝑ clã data.
Clades:morbus.tames.calamitas.periculum.
Clam:occulte.absconse.
Clandestinus na num aliquid occultũ uel latens i de clandestinare occultare.quod quia clam dicit non habet t corruptam.
Chlamys genus uestis militibus & palæstris apta
Chlamys dis græcum est.
Clamare.uocare:insonare.
Clamare significat ualida intẽtiõe preces effũdere
Clamo simplicis oris est.conclamo cum aliis:acclamo incuso. reclamo pot aliquam uel itez.inclamo:& iucclamo murmurantis est: proclamo laudandi uel deprecandi exaltatio.declamo rhetorizandi.exclamo eleuo uocem.
Clamosus dicit quasi clamosus a calamo q sonat.
Clamor rationabilium:clangor uero irrationabilium & sine anima.
Clam aduerbium per se & præpositio est iungitur ablatiuo & accusatiuo & grauat. deriuat ex hoc clandestinus.facit diminutiuũ clanculum apud græcos est aduerbium tantum.
Claudire:claudicare.
Clangere:personare.
Clangor sonitus tubæ uel planctus.proprie uox anseris est.
Clanius fluuius campaniæ qui præterfluit acerras ciuitatem.
Claricare:clarere.florere.
Clarius.i.apollo.dictus a claro insula.
Clarius.i.discus uel mensa.
Claritas est splendoris.claritudo uero nobilitatis
Clarus dictus a cælo ꝑ splendeat.
Classis dicta ἀπὸ τοῦ καλῶν.i.a lignis.qd portat ligna:unde calones.i.nauiculæ:quæ ligna militibus portant.
Classes dictæ propter diuisionem exercitus:qui postea manipuli dicti sunt. Seruius. Classem ꝑ

una naue ponit Virgi.
Classes equites:inde classica.i.tubæ quas equites portant. inde etiam classendix dicitur concha: quam ferunt equites.
Classes nauium multitudo.nauigia.
Classis dicitur ἀπὸ τοῦ καλοῦ plura significãs & nauium multidinem & hominum collectionẽ deriuatur ide classicus sica cum.sonitus est tubarum:inde classica nominantur:quia classes ordines equitum ut dicta est uocantur:quia maxime utuntur tubis.
Classica sonus tubæ.
Classica cornua: quæ conuocandi causa facta erãt a clamando dicta.
Clatri ligna uolubilia in caueis ualidissimi fustes quibus octia obseruantur ualli.
Claua qualis herculis fuit:dicta ꝙ sit clauis ferreis ligata.hæc cateia dr.est.n.genus gallici tæli.
Clauati socii dicti.ꝙ sola caligis minutis clauis uiciatur.
Claudo uel cludo clausi uel clusi.inuenitur etiam claudeo:sed & claudo pro claudico.
Claudia gẽs ẽ a claudo quodã antiquo uiro dicta.
Claudicaria:nauis sonora.
Claudere:claudicare.
Claudus dictus quasi clausus ĩ eũdo uel ꝯsi clauus
Claudicat claudus incedit uel sonat.
Clauis dicta ꝙ claudat & aperiat.
Claui militum calciamenta militum.
Clauus uel fixorium: quo aliquid firmat:uel gubernaculum nauis uel temo uel remus.
Claui sunt:quibus:ligno aliquid adhæret. dicti quasi chalybæi.ferrei.
Clauus gubernaculum nauis manica temonis.remus aut caput remi.Interdum autem acutus fit ex ferro.
Clauus uestis purpurata.
Clausula ẽ ĩ oĩone breuis sñia sicut ĩ epodo.
Calendix cõcha qua signũ tegit. fœmininiñ est
Clazomenii ciuitas asiæ pluraliter declinatur.
Clemẽs pius:sanctus nobilis misericors:dictus ab eo ꝙ cluat.i.,ptegat sicut patronus clientem.
Clemens cluẽtem mentem habens.
Cleophas frater ioseph sponsi uirgis mariæ pater simeonis:q simeõ iacobo episcopo successit.
Cleophe maria mr ioãnis & iacobi uxor alphei.
Cleopatra regina & soror ptolemei regis ægypti.
Cleo des cleui cletum.
Clepo clericorum faldestonum.
Cleothedrũ:in quo plumæ sternũtur sessoris.
Cleos κλεὸς græcæ gloria latine:inclitus idest glorioſus.
Clepere:clã rapere.furari.subripere.celare.
Cleptes κλέπτης fur græce uel gippus a clepẽdo uel κλέπτω.
Clepsydra uel cleyndria uas quod de fundo clam aquã emittit:dicit aũt a clepere: quod est furari: & hydor idest aqua.
Clærose græc dicit sors.
Cleronomia græce hæreditas.
Cleronomus hæres:
Clericus dictus quod de sorte domini ẽ:uel qa dominus sors & pars clericoꝝ est.
Cleri libri noui & ueteris testamenti.
Cleribus peccatis.
Clibãus fornax furnus a cliuo dictus.ꝙ ĩ erectiõe sit collectus.Cliuus.n.ascẽsus dicit flexuosus.
Clibanus ardens intrinsecus:conscientia impietatis significat.
Clibanicius panis in testa coctus.
Clibanari quasi tunica ferrea.
Clibola inclinata.
Cliba:aspera difficilia.
Clide urtica.
Cliens a colendo patronum dictus ideſt amicus domesticus.
Clientes discipuli quasi colentes magistrũ.qui prius colientes dicebantur.
Clientela:officium domesticum.
Clima mensura pedum sexaginta.
Climax gradatio.cũ a quo sensus superior terminat:inferior incipit:ut est illud ex innocentia nascitur dignitas.ex dignitate honor: ex honore ĩperium.hanc figuram nõnulli cathænã uocant: quod schema est.
Clima assensio.
Climata partes sunt cæli.q̃ quattuor.i.oriẽtalis occidentalis septẽtrionalis australis.Alias uero septem dicunt qa septem linee ab oriẽte in occidentem:sub quibus & mores hominũ disparẽs & animalia specialiter diuersa nascũtur quarum prima est merois:secunda sienes.tertia catacoras ideſt africa quarta rhodus. quinta heleſpontus sexta mesopontus:septima brustenus.
Climata sunt in mẽsuris agroꝝ quæ undiq; habẽt pedes.lx.sic.
Climateria natura rei ĩcerta pfugia auxilia macha
Climpia species colorum.
Clinis inclinatus:componitur aclinis.
Clinici sunt qui delecto non descendunt quia cliuus dicitur lectus.
Cline κλίνη græce dicitur lectus.
Clinicus paracliticus.
Clingo excludo.
Cinxit:decurtauit.
Clio una de nouem musis historias canit:interp̃tatur fama uel luna.
Clipsea ciuitas africæ
Clipeare:contegere.a clypeo.
Clipeola:anulus uel rotula.
Clypeus dictus ab eo:quod clepat ideſt celet corpus periculisq; subducat.Clypeus peditum. scutum equitum est.Clypeum uero neutro genere ornamentum uel pictura dicit.
Clysterizare per foramẽ manũ aliquid ĩmittere.
Clisciscere:disiungere.
Clitellæ:sarcinæ sellæ.somæ.
Clyton græce glorioſum.
Clitũnus lacus in umbria fluuius in meuania.
Clitũnus fluuius spoletinus de quo si statĩ ut con

conceperit bos biberit album parit.
Clinoſus inclinatus inæqualis.
Cliuus monticulus ſiue aſcenſus flexuoſus.
Cloacæ dictæ quod per eas colant aquæ.has dicũt primum romæ tarquinũ priſcum ideo feciſſe ut quotiẽs pluuiarũ inundatio exiſteret: per eas aq̃ extra ciuitatem emitterent:ne ſtrages aquarũ fũdamenta ſubuerteret.
Cloantus princeps troianus.unde genus cluentius romanus duxit:ut uirgilius dixit.
Clode:clam.occulte.
Clodus pro claudus:uacillans pedibus.
Clodit.fabricat.excutit.
Cloes folles uel pluma.
Cloma græce nos ramulum poſſumus dicere uel picem.
Cloto una ex tribus parcis cõuocatio interpretat.
Cloto colũ baiulat:lacheſis trahit:antropos occat.
Clunacia dea paganorũ a clunibus dicta.
Cluere:pollere.excellere.uigere.protegere:inde dictus clemens clementia.
Clunabulum dictũ q̃ liget ad clunem.i.pugio.eſt enĩ paruus gladius lateri adherens uel ſpata.
Clunior nobilior.
Clunes dictæ q̃ ſint iuxta collum:quod ẽ longio.
Clunis maſculini & fœminini generis inuenitur.
Clura uel cluriũ ſimia dicit.alias ſcythiæ oppidũ.
Cluſinæ urbs italiæ:quæ nũc eſt tuſciæ.
Coacerũare.congregare.coaugmentare.compaginare.
Coagulum a colando uel colligendo dictum.
Coagulatus conſtrictus.
Coactus tatum conſtrictus in unum collectus:a cogo gis.
Coactor:agitator aſelli.
Choa inſula una de cycladibus.
Choa uina uel unguenta:diſyllabũ ẽ a loco dicta.
Coaleſcere ſimul creſcere.
Coaceruatio concameratio.i.coniunctio arcuum.
Coarguere.coercere.coartare:conſtringere.condenſare.
Coaſpis fluuius perſidis nimiũ dulcis:inde coaſpitis gemma uiridis fulgoris aurei.
Choare:inclinare ſe.uel inſidiari.
Choatre populi ſunt.
Chobar fluuius in babylonia interpretatur onus uel grauitas.
Chobor interpretatur exuberãs ſiue primitiuus.
Concana buccina.
Cocem urbs in aſia.
Coccineum ſanguineum a cocco deriuatur.
Coctio arillatio.
Cociſtrio tabernarius eſt græcum.
Cocitus:inferni palus:uel fluuius.uel omnia flumina ignea.
Cocytus dictus græce ἀπὸ τοῦ κώκυτοῦ ideſt a luctu & gemitu:& ſignificat quicquid hoies in luctum lachrymaſq; compellit.
Cocitos fuit dea athenienſiũ:quam ſolæ fœmine colebant:quæ pſaltriam exercebant.
Cocitia infernalia.
Cocleatius lapis cocleis lapilliſq; compoſitus & harena:
Coclear:menſura dimidia pars drachmæ.
Coclear in ſingulari neutrũ.in plurali maſculinũ & neutrum.
Cochlearium pondus retinet.i.cyathum & .y.
Cochlearium quod pendet.græcum eſt.
Cocleæ.i.conchæ marinæ.
Cocleæ altæ turres & rotundæ dicte quaſi cychæ q̃ per circulum conſcendantur.
Cochlea per circuitũ aſcenſus græcum eſt.
Coctum dictum quaſi coactum ab igne uel ab aq̃ dum aptum ſit:a coco coxi deriuatur:
Cocula uaſa omnia coquendi cauſa parata.
Coquus unde coquina deriuatur & culina.i.coquendi artifex.
Coccus græce rubens uel uermiculus dicit quam quã ipſius & purpuræ una ſit materia coloris tñ diuerſitas magna eſt.purpura enim nigra magis ex primo humoris cõchilioq;.i.oſtreoq; colore tingitur.Coccus uero magis rubeus ex ſecũdo.
Codex librorum multoq; eſt.liber unius uoluminis:dictus a caudicibus arboq;:quod ex ſe multitudinem librorum quaſi ramoq; contineat unde uites codices appellantur.
Codex cis.diminutiuũ coduculus & codicillus.
Codex radix arborum uel ramalia in radice iũcta uetereſ enim codex nos caudex dicimus ſicut illi clodus nos claudus.
Codex lapis codices libri.cõmentarii hiſtoriæ.
Codicillus paruus codex uel ſcriptura nulla indigens ſolennitate:ſed ſolũmodo teſtatoris uoluntatem ſignificans.loco teſtamenti habetur.
Codia papauer.
Codrus quidam paſtor uel poeta uanus de quo iuuenalis prima ſatyra.uexatus totienſ rauci theſeide codri.
Cohelet hebraice græce eccleſiaſtes:latine concionator dicitur.
Cœnomia non canina muſca ſed omnimoda per oe ſcribitur non per.y.
Cœnodos una ex linguis græcoq; mixta uel communis qua omnes utuntur.
Cenodoxus uanæ gl̃iæ cupidus q̃ famã captat.
Cœo is neutrum eſt:nam pro conuenio accipit. inuenitur tñ actiuum & paſſiuũ pro colligere.
Cœpi cœpiſti defectiuũ tãtum præterita habet.& ſcribitur p œ:& ſignificat captionem.unde cœptus tatum.i.inchoatus.
Cohæres coniunctus unius hæreditatis.
Cœſſentis.i.ſocii.
Coætaneus:unius ætatis.
Cœtus cõuẽtus multitudo hominũ.uel circulus.
Cœus & encheladus gigantes terre filii.
Cophilos græce follis.
Cophinos græce corbis.
Cophinus uas & uirgultis aptum aliquid mundare.dictus quaſi cauus.
Cogere:compellere.

Cogiarium:donatio Imperatoris.
Cogitare a cogo gis:uñ cogitatio dicta ꝙ frequẽter cogat animum reminiſci.
Cognabo ignarium:unde ignis excutitur.
Cognati dicti:quia ſunt propinquitatis cognatione coniuncti nec ſunt agnati:ſed poſt agnatos habent:quia per fœmineũ ſexum ueniunt.
Cognitio incognitorum prius notificatio.
Cognitor præſens præſenti datur ad litẽ ſoluẽdã ꝓcurator uero etiam abſens ad omnes res.
Cognitus:notus.
Cognidium genus potionis ad bibendum.
Cognomen dicitur:quod nomini cognationis causam adiiciat.uel cum nomine.
Cohibere:retinere.refrænare.uetare.
Cohibilis:conducibilis.
Cohibilius conſtabilius.
Coinus genus arboris.
Coinquino nas ſtercorare ſimul peccare.
Coire:concumbere.uel in unum colligere.
Coitus:concubitus.
Coitio natura genitura.
Cois ueſtis:quæ fit in inſula coo perlucida.
Coinon κοὶ νον uel μίκτὸν ideſt commune uel mixtum: in quo poeta & ſubintroductæ perſonæ loquuntur ut in iob & in æneide.
Colon ſit: cum iam ſententia ſenſum præſtat ſed adhuc de ſententiæ plenitudine aliqd ſupereſt & mediã diſtinctionẽ uocamus:quia punctũ ad mediã litterã ponimus hoc apd' oratores: apud poetas uero ubi poſt duos pedes & dimidiũ de parte orationis nihil ſupereſt:colon eſt.
Colõ græcũ gñis neutri ſingulariter & pluraliter.
Colõ i uerſu ẽ:cũ diuidit uerſus in partẽ oratiõis.
Colon eſt prolongata ſententia.
Colon interpretat membrum.Cola dicunt ꝓque muſtũ fluit:a colando dicta.hoc colum.
Cola genus pigmenti: quod græci acida dicunt Cola ceruiſia.
Colax κὸλαξ ideſt adulator.aſſentator.
Colaphizare κὸλαφιξὸ colum cædere.
Colaphus alapa.pugnus.
Callanũ caſtrũ ẽ.unde dicit colina porta romana.
Collatio cõtrouerſia ſymbolũ.
Collatius genus lapidis pigmẽtoꝝ uſibus aptus.
Colare:liquare:purũ facere.curare.
Colatorium.liquatorium.
Colacteus ex uno lacte nutritus.
Colatũ uinũ puꝝ uel uas,ppriũ in quo deportat.
Colax qdã paſitus adulator:a quo fabula dicta ẽ.
Colchi gens orientalis iuxta caucaſum montem. fœui ſunt.
Colchos iſula uñ fuit medea:unde dicit colchica.
Cole fel græce.
Colene ergo fellis motio.
Collecta dicit eo ꝙ colligatur populus in unũ: ut oſtendat chriſtũ in euangeliũ uentuꝝ ꝓpe.
Collectio uel ratiocinatio dicit quãdo ex eo quod ſcriptũ eſt:aliud non ſcriptum inuenitur.
Collectiuum eſt cum in unum colligũtur ea quæ ſunt argumentata.
Colega a colligo dicitur generis maſculini:officium uirorum eſt.
Collega a colligatione ſocietatis dicitur.
Collegarius:unus ex ipſis ſociis.
Collegiati dicũtur ꝙ eorum collegio cuſtodiiſq; deputentur:qui facinus aliquod cõmiſerunt.Eſt enim ſordidiſſimũ genus hominum patre incerto progeniti.
Collegiũ ſocietas collegaꝝ i uno honore poſitoꝝ.
Collecturia argumenta.
Collegiatus:carpentarius.
Cholera feliis effuſio.nam græci χὸληꝝ bilem & fel dicunt.
Colles ſignificãt fãctoꝝ uel mĩoris meriti & i malo.
Colles ſũt præſſiora iuga mõtium quaſi colla.
Colere:honorabili recordatione uel præſentia frequentare.
Colyrida ſubcinericiuſ pãis modicus & triãgulus.
Colyridæ panes quadrati de ſimila cum oleo i ſartagine frixi.
Collibeo collibes collibui:& collibeſco.cõplaceo.
Collibia ſũt apud hæbreos:quæ nos uocamus tragemata uel uilia munuſcula:ut cicer frixũ uua paſa poma diuerſi generis.
Collibiſte uero dicuntur:qui ea uendunt.
Collibus ubi mundantur ueſtimenta uel aquaꝝ influens locus.
Colici ſunt qui dolorẽ in parte dextra ſuper pectinem & uentrẽ conſtrictũ habent.uẽtoſitatẽ patiuntur:ſanguinẽ mixtũ cum ſtercore egerunt:his dolor aſcẽdit ab umbilicio uſq; ad ſplenẽ totum ilium dextrũ tenens. Deſcendit quoq; plerunq; ad inguinem ſiniſtrũ peruenies uſq; ad anum ab ilibus uſq; ad renes infeſtis doloribus cingũtur qui hoc morbo laborant:ſentiuntq; inteſtini ipſius ideſt coli groſſitudinem.
Colica paſſio a colon.i.inteſtino dicit.
Coli.dolores uentris uel uiſcerum.
Colibrum pœne genus uel ꝓecuniæ.
Colyphia dicũtur panes azimi & genus carniũ.i. carnes aſſæ & ſemicoctæ qui ẽ uictus athletarũ.
Colliſio eſt quotiens nouiſſimæ ſyllabæ finis in alterius principio eſt.
Colliſiones ſunt cum aſpere conſonantes in conſtructione ſibi occurrunt ſic:ſi iuret auriga per lora per flagella per fræna.
Colliturium.boues facientes opus.
Collis collinus:ſicut follis follinus.
Colina coquina a coquendo dicta:
Collina turris eſt rome incolle ſita.
Collyria ſonant ꝙ uitia oculorum tergant hoc collyrium medicamentum.
Colyria:puſtulla curruum.
Coliurus arboris genus.
Colurnus uero ex arbore coryli factus.
Coliciani hæretici a quodã colito dicti. qui dicũt deum non facere mala contra illud qd' ſcriptum eſt.Ego deus creans mala.
Colobium genus ueſtis dictum:quia longum eſt

& ſine manicis:hoc antiqui utebantur:ſed qa nuditas brachiorum culpabatur:uſus colobiorum in dalmaticas eſt mutatus.
Coloni,ſunt cultores aduenæ dicti a cultura agri: Sunt.n.aliunde uenientes:atq; alienũ agrũ locatum colentes ac debentes conditionem genitali ſolo propter agni culturã ſub dominio poſſeſſoris ,p eo q; diſcolatus eſt fundus.
Colonia ẽ quæ defecte indigenarũ nouis cultoribus adimpleť.dicta q; ſit agriculturæ dedita.
Colophonium trimetrũ a colephonio inuẽtore dictum conſtat ex ſpõdeo'& dactylo ſiue trocheo: ut hic.Si te diua potens.
Colocaſia genus hærbæ ſpecies medicinæ.
Colophonia reſina dicta;ẽ ex tyrrhena colophõia unde affertur.
Colophõ quæ poſt epheſus dicta eſt ubi fuit oraculum appollinis.
Colophium quod græci cronocchiũ dicunt.
Coloyron græci dicunt curtum.
Colo pro diligo.habito.& aro accipitur.
Colomelli dentes pro longitudine & rotunditate dicti.i.canini inter præciſores & molares.
Colona dicta q; infuſa coleret uinum hærba eſt.
Colocynta & coloquintida cucurbita agreſtis & uehæmenter amara:q; ſimiliter ut cucurbita per terrã flagella tẽdit dicta autẽ coloquintida:q; ſit fructu rotundo atq; foliiſ ut cucumeris uſualis.
Colores dicti q; calore ſolis uel igniſ perficiũtur ſi ue quia in initio colabantur:ut ſubtiles eſſent: Colores aut naſcũtur aut fiunt.naſcũtur ut ſynopis rubrica paritonium.melinum frecia:auripigmentũ.cæteri finguntur.
Colores rhetorici ſũt q̃litates uel ſpecies dicendi.
Colos color non uetus ſed fictus.
Coloſſus uocatur ſtatua marmorea & alta.
Coluſtrum lac nouum.
Columitas ſalus.
Columis a columna dicit: quod firmus ſit rectus & ſaluus.
Columis corpore.Incolumis animo dicitur.
Colpus dicitur ſinus græce.
Coltax claudicans a coxa.
Coluber colubri dicitur q; colat umbras uel quod ſit lubricoſus:ceruum fugit:leonem interficit.
Coluber colubri cuius fœmininum colubra facit.
Colũ colatoriũ a colando muſtũ.
Colus inſtrumentũ unde fœmine nent. generis fœminini ſecunde uel quarte declinationis.
Colum:faſtigium templi rotundum.
Colos color.
Colum.i.longior quoddã inteſtinorum.
Collum ſignificat ceruicẽ ſingulariter:colla pluraliter ſuperbiam:
Collum dicit q; ſit rotundũ & rigidum caput ſuſtentans ut columna.
Collum inde dicitur collarium.componitur colaphus inde colaphizo componit de collo in columis.inde dicitur columna.
Collumna ſuſtentamẽ ſummitatum dicta a columine:nã columen eſt culmẽ ſũma faſtigia
Columbaria in ſũmis lateribus nauiũ loca concaua ſunt:per quæ remi imituntur dicta q; ſint ſimlia latibulis columbar.i.nidis.
Columbar genus uinculi neutrum eſt.
Collus:colli ornamentum uel pro collum.
Colũbæ dicte:q; colla earũ ad ſingulas cõuerſiões colores:mutãt:unde colũbinus na nũ.i. ſimplex.
Columba ſeptem uirtutes habere notať: caret felle:nullum lædit:alienos pullos nutrit gemitum pro cãtu emittit:iuxta fluẽta morať: granum eligit quod comedat:in foraminibus petræ nidificat:q̃ oĩa in ſignificatione cõueniunt fideli anime ſignificat etiam ſpiritum ſanctum.
Columbinus lapis a colore auis dictus.
Colurnus de corylo:ſicut quernus de quercu.
Coluri imperfecti circuli interpretatur. Sunt autẽ duo diuidẽtes cælum:unus per mediũ cancrũ & capricornũ alter p mediũ arietẽ & libram.nec pueniũt niſi ad auſtralẽ circulũ.unde iperfecti dicũť.
Colluuiũ collectio ſordiũ luxuria ĩmundicia
Cõma dicitur quando poſt duos pedes ſyllaba remanet:quando uero poſt tres pedeſ nihil remanet:colõ dicit:quæ tamẽ nomina in differẽter ponuntur apud oratores quaſi integrã ſententiam periodõ:partes eius cola: & cõmata dicãtur ut ſuſtinetis.n.ſi quis uos in ſeruitutẽ redigit colõ eſt Si quis extollitur & cætera uſq; ad plenã ſententiam cola & cõmata ſunt:plena uero ſententia periodos:Interpretatur autem colõ membrum comma inciſio:periodus clauſura uel circuitus.cõma breuis diſtinctio.
Cõma eſt prima poſitura uel diſtinctio orationis quæ ſubdiſtinctio dicitur ad unã partẽ litteræ pũctus põitur.Media diſtinctio ſeq̃ns nuncupať cũ punctũ ad mediam litterã põimus.ipſa eſt & cola ultima:quæ totã ſentẽtiam claudit periodus.
Cõma eſt in uerſu:cum ipſe diuiditur in ſemiquinaria uel ſemiſeptenaria uel trochaica: ut Arma uirũq; cano.Semiq̃naria.Arma uirũq; cano troiæ Semiſeptenaria mũera clara dedit dat trochaica.
Cõma particula ſententiæ:inde comaticus & cõmatice breuiter.
Comaticũ:articulatũ.diſciplinatũ.breuiloquum.
Coma crinis nõ inciſus græcum eſt ,p ramis etiã ponitur arborum.
Comare.creſcere.frondere.
Comata dicit concinnata.Coma dicit illud tantũ quod ſextoni ſuperuadunt diapaſõ.
Comagena prima ,puincia ſiriæ a comagena urbe
Cõmanipularius:conſcius collega uel commanipularius.
Coburere:exurere inde cõbuſtus cõbuſtio.
Cõbos & teutyca ciuitates uicinæ.
Comere:ornare.coma fieri uidetur:actiuum eſt.ſde comptus.
Come græce caſtellum.
Cõmeat.s.alimenta.uictus. fruges.a cõmeando anomalo deriuatur.
Cõmeare.n.ſimul ire meare uel tranſire.

Comedere:manducare.uorare.glutire.
Comedo uerbū anomalū comeſum & comeſtum
Comedo a comedendo tinea uel uorax.
Comœdi dicti quia prius poſt comeſſationem ad eos audiendos uenire ſolebāt hoīes. Sed poſtea aggreſſi geſta uniuerſoꝝ & delicta corripientes in ſcæna proferebant.
Comœdia eſt q̄ res priuatarū & humiliū perſonarum comprehēdit nō tam alto ſtillo ut tragœdia ſed mediocri & dulci qd' ſæpe etiam de hiſtorica fide & de grauibus tractat perſonis.
Comœdia pro κῶμῳ Ἀιᾳ.
Comœdia uillaꝝ carmē nā come κωμη dicit uilla.
Comœdia in quattuor partes diuidit in prologū protheſin epitheſin' cataſtrophen:plogus ē præfatio fabulæ in qua licet abſq; argumēto aliquid ad populū loqui ex comodo poetæ uel rectoris. Protheſis ē primus actus & initium dramatis.i. fabulæ cuius protheſis perſona poſtea nō apparet in & ſemper aperit in principio maximā partem.Epitaſis eſt incrementum proceſſuſq; turbationum. Cāoſtrophe eſt cuſtodia turbationum ad iocundos exitus.Comœdiarum nomina ex quattuor rebus ſumuntur a loco ut Andria. a facto ut Eunuchus:ab euentu ut adelphœe: a nomine ut phormio.
Comœdos cātus agreſtes græce uel caſtella.κωμῳδ iocus immodeſtus.
Κωμαξω procax ſum.
Comœlipolium:marubium.
Cōmendare.laudabilem reddere.
Cōmentari.cōponere.adiuenire:a cōmento.qd' item fit a cōminiſcor.
Commento pro cōmentor innenitur.
Cōmentum:mendacium.inuentū.fraus.
Cōmentabundus ideſt cogitabundus.
Cōmenta crimina ficta inuenta uel interptatiōes: ut cōmenta uirgilii: deriuatur uero a cōminiſci.
Cōmentaria quaſi cum mente:ſunt.n. interpretatiōes ut euangelii.
Cōmentarium cōcinnum.i.breuiter ordinateq; cōpoſitus liber.
Cōmentum uolumen libri.
Commentus ideſt cogitatio.
Cōmercia.i.cōmutatio mercis.nam a mercibus dicit:quo noīe res uenales appellamus.
Cōmercia negocia.
Cōmereor comereris ritus:q aliquid deliquit.
Comeſſor ris.tio.
Comeſſatio.luxurioſa cōniuia.a comedēdo dicta
Comeſſet:comediſtet.
Comeſſatio:q̄ſi mēſæ collatio.ſupflua cōuitatio.
Comeſſor oris.gulæ ac uētri nimiū deditus.
Comes uocatur ab eccleſiaſticis uiris cōgregatio cæleſtium lectionum.
Cōmes ſocius a comitando dictus.ſeu a comeando uel a comeo is:qd' nō eſt in uſu:unde coſules romani comites dicti ſunt:qa duo erāt: Inde etiā ex ea cōſuetudine uinuſcuiuſq; comitatus prouiſor adhuc comes uocat:quis in uſu niſi unus ſit.
Comes cōis generis neutrū etiā cōiūctum iuenit'. Lucanus.Imperiūq; comes.
Cometes uel cometa.maſculinum eſt.
Cometes ſtella ē'dictus:q̄ comas lumīs ex ſe effūdat qd' genus ſyderis peſtilētiā famē.aut bellū uł regni mutationē ſignificat:quē latini crinitē uocāt q̄ ī mōm criniū flāmas ſpargat:q̄s dīt ē.xxx
Comici res lætas.tragici argumēta ex reb° luctuoſis deſcribūt. Duo fūt genera comicoꝝ. ueteres. q ioculares extiterūt:ut terētius.Noui q ſatyrici: quibus generaliter uitia carpūtur:ut Perſius:Iuuenalis:& nudi pingūtur: eo q̄ uitia denudent.
Comicus:qui comœdias deſcribet.
Cōmilito tonis.militiæ ſocius.
Cōminiſcor:cōmentū cōmune fuit antiquitus.
Cōminiſci:quaſi cū mente aliqd inuenire:cōfingere.mentiri.recordari.
Cōminor ris.deponens.
Cōminatores.argentarii.
Cōminus iuxta ſine intermiſſiōe ſtatim fere ī præſenti ſimul.ppe de proximo.cuī cōtrarium ē eminus:cū duabus.m.ſcribitur.
Cōminus a cū & manus dictum.
Cōmiſſa.uitia uel peccata.
Cōmiſſum:in fide traditū.creditū.cōiunctum.
Cōmiſſura.cōiunctio.ligatura.
Comis hylaris benignus.
Chomys & mnaſylus ſatyroꝝ nomina.
Comites ſocii a comitando dicti:uel cōſules:inde comitatus.i.tiñ ſpatii:quātū unus comes tenet.
Comitatus.comitem tenēs.
Comitia dicūtur quæ fiunt romæ ad creandos magiſtratus kł ianuarii in cāpo martio:ad quæ oīs populus romanus & de italia cōuenīūt.
Comitiū imperii adeptio.uel locus ſeu tēpus: ubi uel quādo honores dātur comiti.
Comitialis:morbus quo caduci tenētur.cui tanta uis ē hō ut uallens cōcidat ſpumetq; dictuſq; cui accidiſſet quādo comitia erāt comiti admittebat' hæc paſſio caduca ſiue epileptica uocatur hi qui eam patiūtur lunatici dicūtur.
Comitari cōe eſt apud Boetiū.i.ſimul inſequi.
Comitas benignitas humanitas.
Comiter:benigne ornate:a comis deriuatur.
Comitto pro credo & pecco:unde cōmiſſum ideſt peccatum.
Comizo κōμίζω græce.i.neho.
Como mis ideſt orno uel pectino.inde dicitur coma & comatus ta tū:& hic & hæc comis.i. cōpoſitus benignus & cōptus ta tum.i.ornatus:& comiter aduerbium & comitas momē & componitur incomptus.
Cōmodum:emolumentū.merces.lucrū.pficuum in quo dominus iuris eſt cū mō tēporis.
Cōmodare.i.præſtare. quod ſibi reddatur uelut pecuniam cum cōmodo aliquid dare.i.præſtare.
Cōmorari cum aliquo morā facere: uel aliquem retinere & morari facere.
Cōmoro pro commoror.
Come græce uicus caſtellum. Comos græce co

meſſatio:unde comediæ q̃ in cõuiuiis canunt.
Commolere:dentibus comminuere.
Comopolis municipium græce.
Compages:iunctura.ingreſſus.
Compago coniunctio.
Comparare:emere.cum aliquo æquare. aſſimilare contra præparare.
Cõparo actiuũ ẽ:inuenit tñ cõparor deponens.
Comparatio rei cõtractus ex conuenientia.
Cõpareo uero corã.appeo alicui uideor neutrũ ẽ.
Cõparatiuus gradus dicit aſſimillatiuus:qa alteri cõparatus plus ſignificat:ut doctior hic q̃ ille.
Cõparatio dicit æquiparatio uel aſſimillatio i aſcẽſu uel deſcẽſu:ut doctus doctior indoctus idoctior:ad laudẽ quoq; uel uituperationẽ ut iuſtus or iniuſtus iniuſtior:uel ad mediũ ut magnus maior ſanctus uel latro.
Comparatio dicit cum nomen alterius cõparationẽ profertur.
Cõparatiuũ eſt qd cũ poſitiui intellectu uel cum aliquo participe ſenſu poſitiui magis aduerbiũ ſignificat:ut fortior magis fortis: ulterior magis ultra q̃ ille qui ultra eſt.
Comparatius deriuant a noĩbus adiectiuis ſumptis ex accidentibus ſubſtantiæ nominis.
Comparatio autẽ fit inæqualia:in quibus ſemper notat eadẽ inæqualitas:aut inæqualia .Inæqualia ut maius aut minus diuidunt:q̃ numq̃ abſq; ſe ſunt. Oĩs igit cõparatio : aut in numero conſtat aut in ſpecie:ut q̃ innata uel q̃ aductitia . uel quæ ꝓpter ſe expetũtur ut ſalus:uel q̃ ꝓpter aliud:medicina:aut in.yi.ut quod non indiget: uel qd indiget:aut in aliqua affectione extrinſecus locata ut quod ꝓficit maioribus uel minoribus.
Comparietici:cõſortes uicini quaſi unum parietẽ habentes.
Compaſcuus ager dictus : quia cõmuniter ad paſcendum uicinis relictus ſit.
Cõpater cum aliquo eiuſdem filii pater.
Compatriota unius patriæ.cõmune eſt.
Cõpati ſimul pati quaſi ille qui patitur:unde fit cõpaſſio duorum uel plurium paſſio.
Compeſcere:pacificare.conſtringere.cohibere.
Compeſco perfectũ eſt:tamen dificit futuro infinito:quia formã habet inchoatiuoꝝ.
Cõpedire impedire:pedes continere.inde compedes dictæ:quia continent pedes.
Compes cõpedis fœmininum eſt.
Cõpello lis ad compulſionẽ.compello compellas ad prouocationẽ pertinet.Illud cõpuli.hoc cõpelaui faciunt.ambo actiua ſunt.
Compellor inuenitur deponens.
Compellare ideſt alloqui.
Compendiũ lucrũ.emolumentũ.utilitas.a cõpẽdere.i.cõpetenter operã dare:unde deriuat cõpenſum & cõpenſo ſas.i.inuicem reddo.
Compenſatio eſt cũ aliquid aliud alterius factũ cõtendit utile uel honeſtũ qd ut fieret illud quod arguitur datur eſſe cõmiſſum.
Cõperire:cognoſcere:inuenire.
Cõperior ꝓ cõperio inuenitur priſci .Cõperio peri
Cõperendinare differre in die tertia dilatare: ex craſtinare.
Comperendinatio:dilatio.
Competo tis:inde cõpes:& mutatione e in o.
Compos.i.perfector uoti ſocius.
Competere:conuenire.ſimul petere.
Competens proportio.
Cõpetens uocatur quod poſt inſtitutionem competat gratia chriſti.
Cõpetenter:bene conuenienter.
Compilare:furari:depopulari.expoliare.depilare
Compilator qui aliena dicta ſuis miſcet ſicut ſolẽt pigmentari i pila diuerſa mixta cõtundere.
Compingo gis conlungo.
Compicta dicta:quia plures in eis cõpetant uiæ.i. de hoc compitum.
Copitalia feſta:quæ in cõpitis fiebant:ſicut terminalia:q̃ in terminis:& quinquatria:quæ in quinq; & ſimilia : ut ſaturnalia uulcania floralia ſemp pluralia gtñ faciũt ſcdm declinationẽ ſecuudã & tertiam ut uulcanaliorum & uulcanalium.
Complere:ad ſummũ implere.
Complecti ſimul uel totum amplecti ligare.
Complecto pro cõplector inuenitur:quod cõmune antiquitus fuit.
Complificareſi:multiplicare.
Complices ſunt qui uno peccato coniuncti ſunt conſcii.non in bono dicitur.
Complodere:repercutere mutuo percutere:
Compluere:pluuia irrigare.
Compluta:irrigata.
Cõpluuiũ dictum:ꝙ collectio pluuiæ conuenit.
Componere:coaptare.fingere:inuenire. ornare.
Compoſitus moribus uel cæteris conueniens rebus comparatus.
Compoſitio quattuor fit modis ex duobus integris ut detego : ex duobus corruptis : ut in paro ex integro & corrupto ut perficio:ex corrupto & integro ut irruo:
Cõpos uoti poſſeſſor cuius cõpletũ eſt deſideriũ
Compos mentis compoſitus mente.Compos ita in ſe fundatus:ut proſperitate uel aduerſitate nõ frangatur.
Cõpotor uel compotrix ſimul potans pro compotator.a cõpoto as ſimul bibere ultra modum.
Comptus cura ornatus.Compoſitus uero natura a como is.
Compure bene diligenter.
Cõpungi delictorum ſuoꝝ reminiſci & cõtriſtari.
Compunctio cordis dicitur de malis penitẽtium dolor cordis.
Comulcare:conculcare.
Comulcere:turbare.
Cõmune imundum uel inuſitatum uel quod plu ribus habetur:
Cõmune eſt:quod accidit omnibus tempore fere eodem:ut meſſis calor.publicum uero eſt: quod uniuerſa ciuitas frequẽtat aliqua de cauſa uel lu di dies feſtus bellum.

Communis dicitur q ad plures pertinet uel lenis placidus omnibus conueniens.
Cōmunis dī ſpiritualis eſca:qn in cōe ad uiuificandas animas a cunctis percipitur dignis.
